

Discursus de diluuiio maximo occasione inuenti nuper in Comitatu Laubacensi, & ex mira metamorphosi in mineram ferri mutati ligni cum observationibus geodaeticis, aeroscopicis, hydrographicis & aliis, praesertim quoad terram sigillatam huius loci & limum nouo modo in verum ferrum mutatum & c. curatius institutus & publicatus / à Io. Georgio Liebnecht. Cui accessit D. Jo. Gothofredi Geilfusii de terra sigillata Laubacensi erudita tractatio Latinitate donata.

Contributors

Liebknecht, Johann Georg, 1679-1749
Geilfus, J. G. De probatissimae .. terrae sigillatae Laubacensis.

Publication/Creation

Giessae & Francofurti : Imp. Io. Ott, Meyeri & Sam, Tob Hocker, 1714.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/g4t2d8nx>

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>





The Library of the
Wellcome Institute for
the History of Medicine

MEDICAL SOCIETY
OF LONDON


Accession Number


Press Mark

LIEBKNECHT, J.G.

0.21

28





五

DISCVRSVS DE
DILVVIO MAXIMO

occasione inuenti nuper in Comitatu

LAVBACENSI, & ex mira

METAMORPHOSI

IN MINERAM FERRI MVTATI LIGNI

cum OBSERVATIONIBVS

2 | **GEODAETICIS, AEROSCOPICIS,**
HYDROGRAPHICIS

& aliis, praesertim quoad TERRAM SIGILLA-

TAM huius loci & LIMVM nouo modo in VE-

RVM FERRVM mutatum &c.

curatius institutus & publicatus

2

IO. GEORGIO LIEBKNECHT,

MATHEMATVM PROFESS. P. ORDIN.

Cui accessit

D. IO. GOTHOFREDI GEILFVSII

de TERRA SIGILLATA LAVBACENSI

ERVVITA TRACTATIO

Latinitate donata.



GIESSAE & FRANCOVRTI,

imp. IO. OTT. MEYERI & SAM. TOB. HOCKERI.

CID IO CC XIV.

DISSECTVS DE

occasional printing in German
LAVACRIS, & x. 1711

IN MINUTAM TERRI MIVTATIONE

et ossa, & ossa

et ossa, & ossa

et ossa, & ossa

et ossa, & ossa

et ossa, & ossa

2

MATHEMATICA PROPOSITIO

et ossa, & ossa

et ossa, & ossa

et ossa, & ossa

①

②

③

④

⑤

⑥

⑦

⑧

⑨

⑩

ILLVSTRISSIMIS
S. ROM. IMPERII
COMITIBVS
AC DOMINIS,
DOMINO
FRIDERICO
ERNESTO,
COMITI IN SOLMS
ET TECKLENBURG, DOMI-
NO IN MUNTZENBERG, WILDEN-
FELS, SONNENWALD
ET RELIQA
*SACRATISSIMAE CAESA-
RAE MAIESTATIS*
CONSILIARIO
INTIMO,
EIVSDEMQUE
SVMMI TRIBVNALIS,
QVOD WETZLARIAE EST,
PRAESIDI,

NEC NON

DOMINO
CAROLO
OTTONI,
COMITI IN SOLMS
ET TECKLENBURG, DOMI-
NO IN MUNTZENBERG, WILDEN-
FELS ET SONNENWALD &c.

VT ET

CHRISTIA-
NO HEINRICO,
COMITI AC DOMI-
NO IN SCHÖNBURG, DY-
NASTAE IN GLAVCHA ET WAL-
DENBURG, VT ET IN INFERIORI
COMITATV HARTENSTEIN
AC LICHTENSTEIN &c.

COMITIBVS AC DOMINIS
LONGE GRATIOSISSIMIS.

ILLVSTRISSIMI S. R. I.
**COMITES
AC DOMINI,
DOMINI GRA-
TIOSISSIMI.**



Vemadmodum IL-
LVSTRISSIMA-
RVM VESTRA-
RVM FAMILIARVM, QVÆ
SVAS in vtroque & belli &
pacis splendore enitentes virtu-
* 3 res

DEDICATIO.

tes summis IMPERATORI-
BVS ATQVE REGIBVS vl-
tra hominum memoriam pro-
barunt, meritissimas laudes ac
merita ipsa nec tempus nec pa-
gina capit: ita hoc solummo-
do, si quid dicendum est, dixis-
se sufficiat, esse omnino ILLAS
in illarum numero, quae bo-
nas artes & scientias, humanum
genus adprime decentes, in
magno habuerunt honore, nec
etiam minori istarum cultores
prosecutae sunt amore. Profe-
cto virtus, quae summas perso-
nas decet, ornat & sola regno-
rum ditionumque possessores
firmat, illasque inter ipsos ho-
stium insultus atque bellorum,
sartas rectas conseruat. Cum
igitur

DEDICATIO.

igitur tantum virtuti huic in-
esse compertum sit robur, tan-
taque vis; mirum non est, quod
VESTROS aequae animos, in-
numeris ILLUSTRISSIMO-
RVM MAIORVM exemplis
haud impares, antiquus plane &
praealtus affectus inuaserit,
VOS etiam in hunc vsque diem
firmissime tenens. Adfunt testi-
monia sincera; & ne multum
abiisse videar, testem habeo fidū
studiorum cultorem, fratrem
meum Germanum, qui diuer-
sis abhinc annis ILLUSTRIS-
SIMAE FAMILIAE LEI-
NINGENSI a consiliis fuit, &
tot tantisque mactatus benefi-
ciis, singularem gratiam a VE-
STRIS VESTRORVMQVE

DEDICATIO.

primo videbuntur intuitu; puta videbuntur, sed non ita amplius post relectionem erunt: quare & ex parte VOS IPSOS, ILLVSTRISSIMI DOMINI COMITES, DOMINI GRATIOSISSIMI, testes gravissimos volo, & cuilibet, vel durissimo obtrektatori, quae restant dubia, ad oculos commonstrare audeo. Nihil enim, quod fide careat, aut a veritate remotum sit, quantum quidem ego scire possum, in tota tractatione occurret. Interea, ut haec singula nonnisi diuinam respiciunt gloriam, VESTRORVMque innatam ac intensissimam veritatum diuinarum ac humanarum curam: ita hunc breuem

DEDICATIO.

uem de diluuiο maximo discursum, & quidem ex mira ligni apud VOS inuenti in mineram ferri metamorphosi, VOBIS, ILLVSTRISSIMI COMITES, DOMINI GRATIOSISSIMI, inscribo, ea qua par est animi reuerentia rogans, vt leuidentis & chartaceum hocce munusculum serena fronte accipere, & me meosque vltioribus VESTRAE GRATIOSISSIMAE BENEVOLENTIAE radiis collustrare, ne dedigne-
mini. Quod vnicum valeo, DEVM supplex veneror, vt VOS publico totius SAC. Imperii Romani bono & vniuerso reipublicae literariae comodo, quam diutissime incolumes,

DEDICATIO.

lumes, VESTRASQUE ILLV-
STRISSIMAS FAMILIAS
omni prosperitate in annos &
secula florentes seruare ac con-
seruare velit!

ILLVSTRISSIMORVM
ac GRATIOSISSIMO-
RVM NOMINVM
VESTRORVM

Scriebam in Academia
Hasso - Darmstadina
ipso Natiuitatis IL-
LVSTRISSIMI CO-
MITIS ac DOMINI
GRATIOSISSIMI
die, qui est XXVI.
Mart. an. c1710ccxiv.

*ad quæuis obsequia pa-
ratissimus Cultor*

IO. GEO. LIEBKNECHT
P. P.

AMICE LECTOR.

Raesens in conspectum tuum
 veniens scripturae genus, ex
 eorum numero est, quod ex
 regno minerali vegetabile
 quoddam obiectum sistit, & sic pariter
 intra regnum animalium homini praeci-
 pue, prout ego quidem arbitror, de iustis-
 sima DEI ira, quam primos homines sen-
 tire oportebat, testimonium infallibile
 profert. Et quia haec talia non ex meo
 solo ingenio profecta sunt, sed & aliorum
 consensum habent, facile concedes, quod
 tractatio ipsa non aequae magno titulo
 spendeat, sed splendidiori omnino digna
 videatur. Quod si nunc tuum nobis ad-
 sessum praebes, bene est; sin minus, mihi
 perinde erit. Est insuper, quod ipse iudi-
 cabis, integra materia ita comparata, ut
 non meam intendat, sed summi artificis
 gloriam. Interea sunt nonnulla, in qui-
 bus Te, Amice Lector, praemonere debeo,
 ne vel Tibi forsitan molestus sim, vel aliis,
 qui

PRAEFATIO.

¶ rerum mineralium peritum offendere, & prudentiam singularem, quam in Viro ibidem laudato integerrimo, turbare. Lectorique istarum rerum perito, suspectam reddere possent. Sic enim ibidem legitur: unter der Erden, quod debebat esse in der Tamm-Erde &c. loco Gebirge, debebat legi Gesteine, loco Quartz, Quertz, loco istorum verborum: in beständigen Gängen &c. debebant esse vortstreichend, & loco Leberstein intelligi Leeseisteine &c. &c: Scias autem B. L. haec atque alia ex amanuensis incuria ita, prout solet, perverse adposita esse, qui dicti viri litteras vel legere non potuit, vel ex negligentia noluit.

Prostat etiam ad hoc caput II^{um} Tabula quaedam, Comitatus, quo de sermo est, partis superioris flumina, ac fontium praesertim origines sistens, quae ideo Hydrographica vocatur. Potuisset equidem isthaec tabula in maiori forma exhiberi, quemadmodum ita quoad omnes circumstantias, partim a me ipso, partim ab aliis fide dignis subinde observatas, illam consignatam habeo; verum enim vero solae instantes nundinae, artificum-
que

PRAEFATIO.

que negotia alia impediuerunt, quo minus illa exarari & publico exhiberi potuit. Solam autem regionem & loca, de quibus loquor, curatius heic consignata esse, tibi persuadeas, reliqua illustrationis saltem causa &, ne spatium esset vacuum, adiecta sunt. Signaturas perbreues facile intelliges. Sicuti & in exigua cartula montes sigillatim delineare haud potui: ita tantum terminos ditionis maiusculis punctulis, & syluas cum montibus minoribus punctulis indicaui, ut & speciatim litteris alphabeticis tum maioribus, tum etiam, finitis illis, minoribus ad iustam seriem montes & syluas notabiliores, & reliqua notabilia, ceu sunt fontium ac fluminum origines, valles, ferri ac terrae sigillatae fodinae, quas puncta crassiora sistunt, ponticuli, molae, aedificia & alia, numeris minoribus indicaui. Quod si igitur non ita omnia expressa sunt ex voto, non est ut mihi adscribatur erroris causa, qui iam in eo sum, ut integram Wetteraviae chartam hydrostaticam mox Tibi commonstem, sed potius properanti artificis stylo: sufficiat modo veras fontium atque fluminum
huius

PRAEFATIO.

huius territorii Laubacensis origines in
praesenti adcuratius, quam ullibi, ex-
pressas esse. Miraberis fortassis porro
nonnullas, praeter vulgi morem positas
adpellationes e.g. illam montis Dionysii,
quem Dinae voco; sed id ipsum ita voca-
ex B. Io. Henr. STUMPFII SS. Theolo-
giae Doctoris & Metropolitani quon-
dam Niddani meritissimi iudicio, qui ad-
pellationem hanc prae aliis amavit, eam-
que multis ac variis olim defendit argu-
mentis, ceu id mihi nuper Dn. Io. Sam.
PFNÖR, Pastor Rodheimensis fidelissi-
mus retulit, quem etiam ita secutus sum.
De reliquis non est ut Te, Amice Lector,
moneam, qui Te omnino tanta aequitate
praeditum esse confido, ut credas, me ni-
hil in hisce talibus frustra posuisse.

In capite III. & quidem §. II. vocabu-
la supra dicta, a me partim aliter pro-
lata sunt, partim vero ipse inter erra-
ta inferius adposita cognosces, & sic
omnia pro tua aequitate diiudicabis.
Interim quae ulterius in hocce capite
proposita sunt, ipse observavi sedulo, nec
etiam statim, ac observavi, in chartam re-
tuli, sed prout observavi iterum iterum-
que

PRÆFATIO.

que examini dedi. Quare & experimentis hisce atque aliis tuto fidere potes, ac Tibi certo persuadere, quod ne minimum sine fide ac ratione à me adpositum sit, qui me ideo semper Tibi ad resumenda commonstrandaque experimenta singula paratum & paratissimum exhibeo.

Quibus ita admissis, non habeo, ut Te multum quoad ultimum caput admoneam; quia istud partim ea habet, quae ex antecedentibus partibus immediate profluunt, partim vero sententiam, quam supra de Diluvio maximo adserui, refert ac comprobat: quod si nuuc illa concedes, nec erit quoad ultima, ut quicquam ex postliminio resuscitatum dicas, nisi Te ipsum & aliis aperte maleuolum exponere velis. Et quid tandem, si aliter sentis? modo vere sentis, & non, quod plebs facit, & Te & bonas artes perpetuis rixis odiosas reddis. Equidem sunt, qui ex eiusmodi rixis & continuis taxandi & corrigendi verbis, quasi soli sint dictatores & veritatum scilicet, custodes, sibi peculiarem inclarescendi modum

**

dum

PRAEFATIO.

dum imaginantur ; ubi tamen non nisi ex aliorum rebus , quas vel non intelligunt , vel , quod peius est , nunquam viderunt aut experti sunt , vel ex ipsis istorum vitiis , si modo sunt , vanae gloriolae sentinam parant.

In fine quoque beati D. GEILFVSII tractationem egregiam de Terrae sigillatae Laubacensis virtutibus Bezoardicis habes, & quidem nunc primitus latinitate donatam, quia rarissima non solum est ac utilis, sed & , quod unice me mouit , cum hactenus proposita materia adprime conuenit. Quantumuis vero brevis Tib. B. L. videatur huius B. Viri scribendi ratio & tractatio ; ipse tamen mox eius relectione cognosces , quod permagnum contineat usum , praesertim cum haec omnia ex propria & ultra triginta annos continuata felicissima experientia observata ac scripta sint. Potuissen huic adhuc alium tractatum adnectere
quer

PRAEFATIO.

quem MStum à doctissimo quodam anonymo Medico habeo : verum instantes nundinae, ut & negotia alia maximo-
pere impediuerunt, quo minus huncce tibi communicare iam potuerim. Potero tamen, si modo Deus voluerit, occasione alia, ubi & pleniorẽ indicem magisque à mendis, quas pro solenni suo sparserunt Typographi purgatum textum, quia non semper artificibus adfui, sed utrumque aliorum ac diuersorum manibus relinquere necesse habui, animitus promitto. Quod super est Te B. L. Deo T. O. M. meque Tuo ulteriori favori commendo &c. Scrib. Giessae d. XIII. April. CIO IOCCXIV.

IO. GEORG. LIEBKNECHT
P. P.

IVSTIN. MARTYR in Arist. dogm.
euerf. fol. m. 88.

Ὅτι τῇ φύσει καὶ τῇ τέχνῃ ἐθηκε τῶτον ὅρον, φα-
νερόν, εἰ δὲ ὁ Θεὸς ὑπὸ τὸν ὅρον ἔκ ἐστ, ἀλλὰ
ποιεῖ ἐκ τῆ τυχόντος τὰ τυχόντα τῇ τῆ ὅρου
ἀνάγκῃ μὴ κωλυόμενος τῆ ποιεῖν αὐ βέλεται,
πῶς ἔκ ἡλευθέρωται, καὶ τῆ ὅρου τῆ ποιεῖν ἐκ
τῶν ὑποκειμένων κατ' ἀνάγκην.



CAPVT I.

DE

*PRÆNOSCENDIS NON-
NULLIS OBSERVATIONIBVS, QUI-
BVS ARGVMENTA, INFRA ADDVCEN-
DA, NITVNTVR IN GENERE.*

Vbi de DEO ex
structura mun-
di cognoscendo
§. I.

De necessaria crea-
tionis considera-
tione §. II.

De primis creatis, uti
de coelo §. III.

De Terra cum eius
centro §. IV.

De Luce primigenia
§. V, cum de tempore
creatis & homine

in sua perfectio-
ne §. VI.

De hujus amissione
cognitionisq; im-
becillitate §. VII,
& istius huc spe-
ctante causa pro-
ximiori §. VIII.
remotione & di-
luvio, §. IX.

Cur per diluuium
facta sit remotio?
§. X.

De isthoc tota testa-

A

tur

tur hodie terrae
superficies §. XI.
Secundo uniuersa
terrarum com-
pages §. XII.
Tertio hydrostaticae
leges §. XIII. ex-
perientia illustra-
tae §. XIV.
Unde diuersa terrae
strata hodiernum
existentia, com-
monstrantur §.
XV.
Id ex aliorum con-
sensu illustratur
§. XVI.
Strata ex diuersa li-
quidorum moto-
rum ratione mul-
tum turbata §.
XVII.
Superioris strati ma-
xima turbatio
quoad res varias
speciatim anima-
tas §. XVIII.

Quoad arbores spe-
cialius. §. XIX.
Idipsum experientia
comprobatur §.
XX.
Quomodo conserva-
ta sint eiusmodi
ligna §. XXI. vti
Lapidum quoddam
genus singulari
§. XXII.
Alia conseruationis
ratio in lignis, im-
prim. petrificati-
o & metallisatio §.
XXIII.
Quae in nonnullis re-
bus, ob istarum con-
stitutionem & na-
turam, debet esse
citior §. XXIV.
Qualia sunt ligna ae-
nea ferri natu-
rae accedentia,
XXV.
Ligna alia cum prin-
cipiis suis & aqua
vari

<i>varie impragna- ta & a tempesta- te seruata §. XXVI Generalis istius Scri-</i>	<i>pturae occasio §. XXVII. Eaque proximior, §. XXVIII.</i>
---	---

§. I.

Venit omnino, De Deo ex stru-
 quæ summa v- ctura mundi
 niuersi Stato. cognoscendo.
 ris gratia est, hora & dies, prout
 inter gentes quoq; prædicendo monstra-
 uit SENECA, * quo terrarum incolae,
antiquos non modo aperta nesciuisse, mi-
rantur, sed &, quod magis est, perditionis
antiquae ac leuitatis suae testes, ligna sci-
licet & lapides, quos pedibus calcant, ad-
mittere coguntur. Venit itaque, sed ea
 lege dies, quo elegantissimam *uniuersi*
 structuram, vel minimas eius partes, non
 nudas adspiciamus, aut reputemus pictu-
 ras, ad animalium quorundam brutorum
 modum, quae ad pictos aequae, ac viuos
 A 2 concii-

* Lib. VI, c. XXV, Nat. Quæst. p. m. 844.

concidunt hostes: sed vt illam, veluti superiori omnesque creatas vires superante manu paratam, paratissimo spectemus animo, omnique intueamur & rimemur cura, necesse est. Hunc enim in finem mirabilem vniuersi compagem esse creatam, & tanta exornatam quoad totum concinnitate, partiumque splendore, vt homines vel somnia inter & vigiliam marcescentes, ex egregia isthac mundi creatura, eiusdemque ineffabili structura, primum, increatum & ineffabile ens, nec ab vlla re vnquam dependens, ceu vnicam mouendi causam, principiumque per noscere queant. Quocum etiam omnes boni consentiunt, & hos inter gentes cum PYTHAGORA * suo dicunt:

Εἴ τις ἄρεϊ, Θεός εἰμι, πάρα ξένος, ὅτος ὀφείλει
 Κόσμον ἴσον τούτῳ σήσας εἰπεῖν, Ἐμὸς ὅτος.
 Κεῖχ' ἰ μόνον σήσας εἰπεῖν Ἐμὸς, ἀλλὰ καταικεί
 Αὐτὸς ἐν ᾧ πεποίηκε πεποίηται δ' ἀπὸ τούτου.

Id quod paulo clarius, quam quidem fecit IO. LANGVS, ita reddi posset:

51

* Ita cit. IVSTINO MARTYRE περί μοναρχίας Θεῶ fol. m. 82. conf. quae habet in Cohort. ad Graecos.

*Si quis erit, qui pro Numine poscat haberi
Ultra unum, is debet mundū parem fabricari isti
Dicereque, Hic meus est. Neque solum ita dice-
re oportet,*

*Sed regere hunc etiam vegetanti Numine. Quod
cum*

*Praestiterit, tunc demum ipse author habebi-
tur orbis.*

II.

Ita sane antiquorum pe- De necessaria
ctora tenebat *Uniuersi ma-* creationis con-
china, & quaecunque in il- sideratione.

lius ambitu comprehenduntur, vt istorum
creationem & gubernationem, certissimum
diuinitatis argumentum & notam esse,
sibi persuasum haberent: ideo & IERE-
MIAS, * *omnes Deos*, perinde, vt Pytha-
goras antea, *qui coelum & terram non fe-*
cerint, *perire iubet de terra & sub coelo.*
Qui locus sane egregius est, nec obscure
simul innuit, doctrinam istam non tam ad
Theologos, quam Philosophos pertinere,
vt bene CALIXTVS monet. ** Quocir-
ca etiam mundus ab antiquis *Cosmus* ap-

A 3

pella-

* Cap. X, II.

** In Dissert. peculiari de Creatione.

pellatur, testante STOBÆO: * Ἀπὸ τῶν
τῶν πάντων διακοσμάσιος, ποθ' ἐν τὸ ἄριστον συντε-
ταγμένος. Τὸδ' ἐν ἑστὶν ἄριστον αὐτὸς, ὅπερ ἐστὶ κατὰ
τὰν ἐννοίαν, ζῶον ἑρμῆιον, ἀφθαρτον, ἀρχαί τε καὶ
αἰτίαι τὰς τῶν ὅλων διακοσμάσιος. Quam egre-
gia autem sit ista διακόσμησις, siue ab uno
Optimo directa, qui DEVS est, decora ad-
ministratio, ex initiali eius institutione, vel
quod idem est, ex creatione atque coordi-
natione Vniuersi, apprime cognoscitur.
Istam quidem, si vllibi, saltem ex hac parte,
in gentilibus miramur maxime, quod
ceu ex frequenti & curatiori antiquorum
lectione constat, tam multas, prope infi-
nitas, vtvt diuersas, non raro falsas de
creatione habuerunt disquisitiones. Nam
his ipsis vel certo certius monstrant τὸ ἐγ-
γον τῷ νόμῳ ** i. e. legis, & sic ipsius Dei ὁ
opus & negotium totum, prout hic scili-
cet in creatione & creaturis certas leges
obseruauit, & eadem, vt ab hominibus
imposterum, tanquam certissimi imperfec-
tionis creaturarum fines ac notæ, perpe-
tuo

* Ex Lib. de familiarum foelic. Calier. Pytha-
gorici Laconis ser. LXXXIII. fol. m. 432.

** Rom. II, 15.

tuo obseruarentur, voluit, scriptum esse in
 ipsorū cordibus *συμμαρτυρήσης αὐτῶν τῆς συνει-*
δήσεως; vel demonstrant, se *ἀπὸ κτίσεως κόσ-*
μου, sibi ipsis testes & DEI perpetuo exi-
 stentis, & ipsius administrationis perpe-
 tuae, *ἀναπολόγητοι* * existere. Et quanquam
 creatio mundi, tanquam naturalis testis,
 non sufficiat ad perfectam Dei cognitio-
 nem; sufficit tamen ad conuincendam
 antiquorum gentium impietatem, & sua-
 sor nobis hodie est sat euidens, ne hanc
 veritatis aeternae particulam in iniusti-
 tia detineamus: ** sed potius, vt *creatio-*
nis diuinae, maxime vero *administratio-*
nis, & quae ex hac venit, iustissimae in di-
 luvio maximo irae diuinae testes, quoties-
 cunque occurrunt, intueamur sedulo, aliis-
 que cognoscendos proponamus: & id
 quidem tanto alacrius, quo per Dei gra-
 tiam de creationis initio ac progressu cer-
 tius nobis, quam quidem gentibus, ex sa-
 cra reuelatione constare debet.

III.

Antequam vero *diluvii*
 maximum consideramus,

Quae *πρώτως*
 creata sint.

A 4

cuius

* Rom. I, 20.

** Cap. I, 18.

cuius in praesenti tractatione infallibilem
testem, auxiliante diuina gratia, proferre
mens est, de creatione ipsa rebusque, quae
hanc inter & *diluuium* euenerunt, nonnulla
praefari libet. Et quidem ideo, vt totius
administrationis diuinae, & illarum re-
rum seriem, quae in subsequentibus oc-
current, cognoscamus penitius. Ne au-
tem rem alibi expositam, denuo adpone-
re videar, iuuabit tantum praenotasse: pri-
mum atque summum ens, a nulla re vn-
quam dependens, per quod DEVM Ten-
Optimum Maximum §. I. innuo, tanquam
unicam mouendi causam & principium,
in principio * h. e. in illo ipso puncto ac-
momento, quo primum tempus primo-
rum sex dierum esse coepit, ** & sic nom-
aeque, vt quidam cum Dn. WISTONIO
*** volunt, ante sex dierum spatium,
creasse ex nihilo, non puta respectu habitu-
dinis causalitatis & influentiae ipsius nihili
in rem; sed tantum respectu habitudinis,
ordi-

* Gen. I, 1.

** Conf. LVTH. ad Genesin p. m. 4 & 5.

*** In edita noua Telluris theoria Anno
CICIDCLXXXVI.

ordinis cuiusdam secundum nostrum
concupiendi modum, quatenus *non esse*
rei praeintelligitur ante *esse* ipsius. Ita crea-
uit Deus *coelum* s. locum & spatium illud
amplissimum, quod omnium mox crean-
darum partium Vniuersi totalium recep-
taculum existere debebat; dein' quoque
Terram, tanquam corpus locandum, de
quo κατ' ἐξοχὴν Moses imposterum loqui
sibi constituerat, & in quo speciatim res
intra sex dierum spatium creandae, & ex-
tra hoc existentes constituti iam Vni-
uersi partes, ex hoc, tanquam e commu-
ni specula, conspici debebant. Duo igitur,
quasi in quodam creationis heic prooe-
mio, sistuntur *principia primordialia*, Coe-
lum & Terra, ceu totidem constituit Psal-
mista; * quae etiā sat notanter LXX. expri-
munt, κατ' ἀρχὰς τὴν γῆν σὺ Κύριε ἐθεμελίωσας,
καὶ ἔργα τῶν χειρῶν σου εἰσὶν οἱ ὕψανοί. Sunt ita-
que, qui vnum illud principium, nempe
coelum, *Hyperphysicum* vnico vocabu-
lo indicatum, & *Physicum*, alterum plu-
ribus descriptum, vocant; vtrumque ve-

* Psal. CII, 26.

ro πρώτως creatum ex omnino nihilo, strictissimo *creationis* vocabulo denotant. Prout vero illud primum, nempe coelum, longe diuersum est, vt quilibet videt, ab illo, quod mox versu octauo * innuitur: ita quoque hoc ipsum quasi mundi principium catholicum futuraque corpora includens vocare, nullus dubito; nec ipsi qualitates ab elementaribus sic distinctas, maximam partem inperceptibiles s. *hyperphysicas*, medias, nempe inter res *spirituales & corporales*, pro vtrisque tamen veniendis, cum quibusdam scriptoribus denego: sed omnem potius & raritatis & densitatis energiam diuinitus inditam, huic attribuo.

IV.

Terra cum suo
centro πρώτως
creata.

Quod *Terram* attinet, ceu
alterum principium πρώτως
creatum, illa a Mose nunc
pluribus describitur propositionibus; quae
profanis homuncionibus nude ac crude-
rem omnem spectantibus, minus cohae-
rere, aut nobis quam optime ita videntur,
vt

* Gen. I.

ut nonnisi summam & infinitam vel ex nudis & breuissimis textus verbis pernoscere liceat sapientiam. Primo igitur dicitur & *Terra*, veluti principium alterum illud, ex quo elementa prodire, moxque totum globum terraqua-ignaeëreum constituere debebat, erat *inanis & vacua*. Quae verba apprime emphatica, nonnisi statum primum ante reliquarum rerum productionem luto ac limo variisque rebus aliis permixtae in terra, tanquam in rudi quadam indigestaque mole, exprimunt; quae in Vniuersum apud antiquos Chaos audit. Hinc moles ista αἰθέρας καὶ ἀναιταρθένας,* nonnisi *tenebras* densissimas monstrabat, partim quod nullibi illustrata erat, partim etiam ob ruditatem, densitatem & frigus illustrari non poterat, sed admodum densae instar glaciei, cuius partes intime adhuc erant commixtae, iacebat. Posteaquam vero moles ita quoad *totam* suam ruditatem & vastitatem descripta est, nunc secundo sacratissimus Scriptor pergit ad *interiorem* eius constitutionem, & prae-

* Vti LXX loquuntur.

& praeter eius ruditatem indicat, terram habuisse תהום *abyssum* s. voraginem aliquam, quae non solum quoad capacitatem & magnitudinem, sed & aquarum copiam extitisset maxima, imperscrutabilis & omni fundo carens. Sicuti vocabulum hoc in sacris * notat *tum locum* aliquem *capacissimum*, fundo destitutum, vti maris rubri receptaculum; *tum materiam* spatium illud *explentem*, v. g. aquas, רבה תהום vnde scaturiunt fontes Genes. VII, 11. VIII, 2. cuius superficies congelatur Iob. XXXVIII, 30. Quia vero heic expresse תהום indicatur, quasi κατ' ἐξοχήν talis abyssus; ideo necesse est, globum istum vtvt confusissimum, habuisse eiusmodi voraginem interiorem, amplissimam scil. & pro totius molis proportionem maximam, eamque a prima inde creatione accepisse, ita, vt eius superficiei partes omnes, veluti in globo quodam, ad sensum fere aequaliter non solum a praesenti molis indigestae, sed & futuri globi ter-

* Conf. B. GEIERVS ad Psal. XXXIII, 7. & alibi.

terraquacrei superficie extiterint remotae, & illa sic ipsum terrae centrum formaret. Ne autem frustra sine vltiori probatione quid posuisse videar, sciendum est, quod huic abyssō attribuitur פנים facies seu superficies quaedam; nam in concinna hac & emphatica descriptione, nihil heic Hebraeorum more abundare, nulla praesertim sic vrgente necessitate, puto: vbi vero superficies corporum sicuti heic, ibi etiam corporeitas, puta aquarum, esse debet, & quidem tanto amplior, quo certius huic amplissimo loco adscribuntur tenebrae. Dein aliunde constat, Moſen מן תחתן explicare per inferiorem & intimum terrarum locum, quasi foecunditatis omnis, & sic necessario ab omni terrarum superficie aequaliter distans receptaculum, quando scilicet Iosepho benedicens addit: * ממנו שמים מל ומתהום רבצת תחת * vbi passim ipsa benedictionis prima principia precatur, nempe supra homines illud existens *coelum*, circa istos in terrae superficie *rorem*, & sic quoque infra homines

* Deut. XXXIII, 13.

mines dictam voraginem, ab omnibus hominibus aequaliter distantem, oportebat precari. Indicat autem Moses abyssum hanc expresse existentem *inferius*, & sic magis emphatico diuinaeque sapientiae conuenientiori vocabulo, quam quidem interpretes nonnulli solent, qui aliter explicant. Necesse enim est, nisi vel Iosephi posteros fuisse, vel nos ipsos esse solos in terrae superficie, temere adserere volumus, ut per locum huncce, illud medium terrae spatium, quasi in centro existens, omnibusque aequaliter distans, intelligamus; sin aliud intelligatur foecunditatis spatium: sane id ipsum omnes ubicunque terrarum degant, concedere reuera non possunt nec debent quasi τὸ *inferius*, dictum scilicet תהום; id quod non instar fontium sit currens, hinc inde scaturiens, sed רבצת i. e. cubans, nimirum inde a prima creatione omnibus aequaliter terrarum incolis subiacens abyssus, πρῶτος creata, occlusa & obsignata, quam ita expresse vocat Manasses. * Etenim ex hac demum
ita

* In precat. sua poenit. ψ. 3.

ita intellecta foecunditatis abyſſo ἐν λόγῳ αὐτῷ * perinde vt ex corde humano, quod omni corporis parti ſanguinem aequa lance tribuit, commodiſſime debebat ac poterat εὐλογία αὐτῷ ὡς ποταμὸς καὶ ὡς κατακλυσμὸς, ** impoſterum profluere, & ſic quaſi vniuerſae terrae cor, in eius exiſtens medio, almae telluris ſinum omni fertilitate & vbertate beare, aquas nunc diſtribuere, nunc denuo colligere: prout & omnia flumina ad mare pergere dicuntur, nec tamen iſtud effluere vnquam, ſed quo flumina eunt, eundo reuertuntur, *** ceu quidem infra conſtabit pluribus. Tertio, nec debet iſthaec explicata altera propoſitio aliter, quam de interiori molis indigeſtae parte intelligi, & quidem propter tertium nunc ſequentem propoſitionem, quae *ſuperiorem* molis rudis ac indigeſtae ſuperficiem exhibet, dicens: *Spiritus Domini ferebatur ſuper aquis*. Vbi denuo ſane, vt antea, niſi omnem ſanam grauitatis doctrinam euerti volumus, per □ in-
tegram

* Sirac. XXXIX, 27.

** Sirac. XXXIX, 22.

*** Eccleſ. 1, 7. Sirac. XL, 11.

tegram, quanta quanta fuerit, aquarum
superficiem intelligere debemus, supra
quam *ferebatur Spiritus Domini*, siue aër
& ventus, siue quod certius, ipsa praesentis-
sima Spiritus Sancti manus vniuersum
interea mouens, digerens ac sustentans.
Quae sententia ita nec Arianis scandalor-
esse potest, nec insuper necesse habet, vt
Angelos aut intelligentias alias, ante crea-
turarum productionem Vniuersum com-
mouentes, tacente vel potius aliud com-
monstrante Scriptura S. huic affingamus.
Vbi simul Spiritus S. complacentia & fu-
tura foecundandi progerminandique vis
terrae & eius abyssus indita, per agitationem
illam ad eundem fere modum, quod
oua fouentur ab alite, quando calor ma-
terni corporis pullis naturalis dilectionis
affectu adminiculatur, dubio procul in-
nuitur.

V.

De Luce pri-
migenia.

Ne tamen vltius haesi-
tando quis instet, quomodo
scilicet cauitas ista interna & maxima in-
tantia

* Vti BECCHERVS solet in Physica subter-
ranea, L. I, Sect. I, p. 14.

tanta molis ruditate fieri potuerit & consistere? dicam: eodem, quo principia ipsa §. III, & adhuc hodie *cavitas cordis* §. IV, quod vitae in homine, tanquam microcosmo, initium & finis rudioris cuiusdam guttulae est, modo fieri & consistere potuit, quid? quod eodem, quo nunc porro modo Deus lucem prodire voluit, nempe infinito ac prorsus diuino. Ne autem quis similitudinē fortassis de corde rideat; is sciat, sacros Scriptores * id ipsum suppeditare, quando Paulus in re prorsus a naturali aliena, & sic vnice a voluntate Dei pendente, dicit, quod Deus idem illustret cor, ** qui lucē in tota creatione solo suo verbo *dixit* e tenebris lucere voluerit. Noluit insuper Deus, vtvt eadem potuisset virtute, qua coelum & terram ipsam §. III. produxit, prima hac vice *solē* creare, sed tantummodo *lucem*. Quaecunque nunc post hanc lucem, quae ideo *primigenia* dicitur, creata dicuntur,

B omni-

* Sic n. egregie Sirac. Κύριος ὁ παντοκράτωρ ---
 Ἄβυσσον ἢ καρδίαν ἐξίχνευσε καὶ ἐν παντὶ
 γέυμασιν αὐτῶν διανοήθη. Cap. XLII, 17, 18.

** 2 Cor. IV, 6.

omnino inter *δευτέρας* i. e. ex rudi, inhabili
& prorsus indisposita materia creata, refe-
renda sunt. Nec tamen lux ista primige-
nia primario *אור*, i. e. ipsissima lucis *essentia*
& fons, quoad tempus creationis & no-
men solum ab illa *solis* luce *ψ. 14.* dicta
אור i. e. *substantia* habente lucis *essentiam*
sed etiam quoad diuerfas operationes
quam longissime differt. Et istae quidem
operationes in eo maximam partem com-
sistebant, vt nimirum lux primigenia desu-
per integram molem tenebricosam ac
densam, in vtroque & superiori & inferiori
hemisphaerio illustraret *vers. 3.* focillares
simul & distingueret ab ipsis tenebris *ψ. 4.*
mundum simul, & sic per nullas vice-
provt Sol adsolet, totum collustraret, &
quod praecipuum est, *expansum* illud *ψ. 6.*
7. 8. & *nubes* in dictis hemisphaeriis ae-
qualiter oriri faceret; eliciendo ex parte-
bus grassioribus vapores, eosque conden-
sando magis. Ponamus enim duo hemi-
sphaeria A & B, istorumque alterum siue A
tantum luce illustratum; tunc sane va-
pores, demonstrante **CARTESIO** *

ii

* L. IV. Meteor.

in hoc solummodo hemisphaerio A con-
surrexissent, versus illud alterum B protius
excurrissent, sicque haemisphaerium
A vacuum a vaporibus & nubibus reli-
quissent. Cum itaque lux primigenia v-
trumque hemisphaerium illustraret, ad
eius ulterius operationes referendum &
hoc est, vt in terra §. IV, ceu rudi indi-
gestaque mole, materias varie commix-
tas lento collapsu consideri faceret, in am-
abyssi superficiem §. IV. consolidaret,
huicque partes terrestres solidiores nunc,
nunc subtiliores imponderet, reliquis vti li-
mosis, lutosis maxime notandis*, sabulosis
& denique singulis leuioribus, quasi per

B 2

diuer-

* Quo omnino spectat, quod ex Mercurii
monumentis Sanchuniathon Berytius,
scriptor antiquissimus, apud EVSEBIUM
Pr. Eu. Lib. I, Cap. X. habet: „ Phoeni-
„ cum, inquit, Theologia vniuersi
„ principium ponit aerem tenebrosum
„ & spiritualement, siue spiritum aeris tene-
„ brosi, & chaos, turbine ac caligine in-
„ uolutum. Haec porro infinita fuisse,
„ multoque tempore ignara termini, Vbi
„ autem, inquit, spiritus amavit sua
„ principia, & facta est mistio: hic nexus

diuersa strata conuenientem adsignare locū; denique vt omnia circumcirca digereret terraeque vniuersae statum, ante reliquarum creaturarum productionem, in formam quasi *oui* cuiusdam disponeretur cuius vitellus *Terram*, albumen *aquam*, *aërem* cuticula, putamen, *coelum* proximum dictum, & denique ambiens s. continens *oui* hyperphysicas qualitates §. III, imo ipsam sapientissimam, ita omnia continentem, ac disponentem Dei manum, velut schematismo quodam naturali, referre valeret.

VI.

Reliqua δευτέρως creata, homo in sua perfectione.

Huic porro luci, tamquam externae operationi, accedente interna efficacia

„vocatus est cupidus. Paucis interiectum dicit: ἐκ τῆς αὐτῆς συμπλοκῆς τῆ πνεύματος ἐγένετο μῶτ. Τῷτο τινὲς φασιν ἰλὺν, δὲ ὕδατόςδε μίξεως σῆψιν. Καὶ ἐκ ταύτης ἐγένετο πᾶσα σπορὰ κτίσεως, ἢ γένεσις τῶν ὄλων: h. e. ex nexu eius spiritus prodiit Mysterium. Hoc quidam adpellant limum, alii autem aqueae missionis putredinem. Et ex hoc factum est seminum omnis creaturae, omnium rerum generatio.

cecissima verbi Dei *dixit*, cuius *dicere* sem-
 per est *facere*, virtute, adscribenda est
 aquarum terrestrium, veluti reliquis craf-
 siorum, a terra ipsa separatio, & sic riuo-
 rum, fluminum & marium congregatio *
 y. 9, 10; imo cum hisce interiorum abyssi
 aquarum accedente calore agitatio. Non
 enim lux ista amplius terram, vt corpus
 demortuum esse fuit, sed ad cordis mo-
 dum recipere ac transfundere suas vires,
 quas heic §. III repositas, habebat, motu
 aequali quasi e centro versus omnes super-
 ficiei terrestris iam iam constitutae partes
 fecit, ita, vt fontes & scaturigines inde
 ad eundem, quo infra dicendum erit mo-
 dum, exortae & constitutae sint. Istam
 mox operationem diuinam nunc sequi
 potuit graminum, herbarum, fruticum at-
 que arborum productio, quarum pro-
 ductus & conseruatio fontes ac scaturigi-
 nes etiam ante, quam existebant require-
 bat. Dein' tandem post haec omnia, lucis
 & primigeniae operationes speciales,
 vt naturali modo ita necessarias, sic ad
 B 3 diui-

* Conf. Job. XXXVIII, 8, 10, 11.

diuinum nutum productus est *Sol* * cum
Luna, terrae, optime sic exornatae, satelliti-
 te: quae corpora perquam magna mari-
 que & terrae viciniora, nunc productione
 v. 20, 21, & conseruationi omnis generis
 animalium, praesertim humani, adesse
 illorumque & hominis, veluti optimae
 creaturae, licet vltimatim creatae, quae totius
 mundi simul esse & perpetuo exister-
 re debebat simulacrum, multiplicationem
 vers. 22. seqq. maximopere prodesse poter-
 rant. Sicque omnia per optime i. e. quod
 libet in perfectione sua & ordine, creati
 sunt, vt homo in libertate, quae tanta
 non exigua perfectionis nota erat, crea-
 tus, exinde Deum, summum artificem
 I. pernosceret, illumque sequeretur vnice
 & fo

* Optime CHRYSOSTOMVS in hom. VI
 in Genes. ita: ἵνα μηδενί ἐξῇ τῶν μετα-
 ταῦτα λέγειν, ὅτι ἄνευ τῆς τῆς συνεργίας
 οὐκ ἂν ἐτελεσφόρηθῃ τὰ ἀπὸ τῆς γῆς. Ε-
 ποστὲα, πρὸς τῆς τῆς δημιουργίας ἀπαντα
 πεπληρωμένα, ἵνα μὴ τῷ ἐπιγράψῃς τῶν
 καρπῶν τὴν τελεσφόρησιν, ἀλλὰ τῷ τῶν
 ἀπάντων δημιουργῷ, τῷ ἐξ ἀρχῆς ἐπόντι
 βλασησάτῳ ἡ γῆ βοτάνην χορτῆς.

& soli ipsi in sua perfecta & animi & cordis *innocentia* adhaereret.

VII.

Quemadmodum vero in primitivae innocentiae iactura, * cum diebus & horis maior primorum statim terrae incolarum a Deo bonisque rebus auersio, ac desertio vel saltim socordia, & cum hac detestanda excrevit malitia, *omneque figmentum cogitationum cordis humani factum est duntaxat malum, idque omni tempore*; ** nec mirum est, quod Deum deserendo homo, desertus iste indies ab illo sit Creatore Ter optimo. Etenim sic hominem omnis simul felicitatis basis deseruit, nimirum innocentia; mox vis illa intimiores pernoscenti rerum substantias,istarumque originales proprietates, cum sublimiori potentia & magnanimitate, qua creaturae dominium solummodo percipere §. VI, debebant, & quae sunt alia. Quorum propediem in locum successit

De conuenientis perfectionis amissione.

* Gen. III.

** Gen. VI, 5.

cuncta pro dolor ! & mira animi pus-
sillanimitas, passionum turba cum insull-
tantibus rerum peroptime creaturarum
cupiditatibus; nec minus homines istos
αἰχμαγδίσ inuasit ac tenuit prorsus *αἰδραύσια* ill-
la, qua nihil fere eorum, quae praesentem
peroptimum, & aduentantem nunc miser-
rimum terrae statum, monstrabant &
praemonstrabant, solebant agnoscere.

VIII.

Istiusque huc Praesertim vero terra v-
spectans, niuersa, quae nondum int-
causa proxi- mius perceperat dictam bo-
mior. nitatis originalis in creatura
primaria §. VI. iacturam, ipsi humano
generi facta est illecebrae & laqueo; pro-
quidem Celeb. IO. WOODWARDVS
Med. D. Physices in Coll. Gershamensi
Prof. & Soc. Reg. membrum sentit, in sua
doctissimo Geographiae Physicae speci-
mine.* Et quanquam non aequè dixerim
maledictionem in Adamum diuinitus
pronuntiatam, per diluuium demum for-
titam fuisse effectum suum, id quod plu-
ribus

* An. c1713cciv. Tiguri edit.

ribus contra dictum Anglum demonstra-
re solet Vir Maxime Reuerendus IO.
GVIL. BAIERVS Matheseos & Ph. Nat.
olim, nunc Theologiae apud Altorffinos
Professor longe dignissimus, fautor & ami-
cus a multis inde annis colendus: * vi-
detur tamen a veritate alienum haud
esse, quod, ceu id pace doctissimo-
rum virorum dictum velim, terra ipsa
multum inde a bonitate originali serua-
uerit & seruare potuerit, vtvt maledictio
istatim effectui data sit, vel saltem tantum
bonitatis, vt non adeo magnam postulaue-
rit culturam, qua libidinum ac tentationū
insultus compesci debuissent in homine
quam maxime. Vnde factū est, vt homines

B 5

otio

* In doctiss. quaestionibus nonnullis, loco
Dissert. pro Licentia 20. c. 10. 1000x habitae,
ad sacram Historiam diluuii pertinenti-
bus, quam Dn. Auctor adornare coe-
pit, suamque egregiam nonnullis speci-
minibus eruditionem & industriam
prorsus singularem, cum Celeberrimo
Dn. Fratre I. I. BAIERO, Medicinae ibidē
Doctore & Professore meritissimo, Dn.
Fautore meo colendissimo, erudito iam-
iam orbi hac in re abunde probauit.

otio & quibusvis libidinibus indulgentes
sefe magis atque magis immergerent in va-
rias voluptates corporis, & sefe penitus
darent vitiorum illecebris cupiditatumq[ue]
lenociniis. Et idipsum quoque est, quod
modeste satis sacri Scriptores de eiusmodi
hominibus exprimunt, quando contra-
hentes illos subinde praedicant *matrimo-
nium & nuptum dantes* * nulla observata
honestatis aut prudentiae lege, nec ad-
hibita vlla aetatis aut cognationis ratio-
ne, ** sed insana *** & bruta penitus libi-
dine appeterent. Quid mirum, inde si v-
niuersa terra impleta fuit *violentia*, &
omnis caro corrumpit viam suam; **** &
vt multa paucissimis dicam: homo sic pe-
nitus deserendo creatorem, creaturarum
bonitatem & se ipsum amisit.

IX.

* Matth. XXIV, 38.

** Gen. V. v. 2.

*** Vt optime notat & doctissime describit
Vir summe Reuerendus Dn. D. MAIVS,
Collega ac Patronus omni cultu vene-
randus, in egregia sua & amplissima *Oe-
conomia Iudiciorum* Part. I. cap. V. pag.
135. seqq.

**** Gen. VI. v. 11, 12.

Placuit itaque vniuer- Istius remotio
 si Statori humanique ge- per diluuium.
 neris Parenti tempestiuum huic amissio-
 ni obuocare medium. Et quando terram
 in omni bonitate creatam §. V, quae
 post lapsum hominis multa de originali
 sua bonitate retinuit, quae incolis ita fa-
 cta fuerunt laqueo per praecedentem pa-
 ragraphum, sapientissimus conseruator
 protinus nunc isthaec, ne posteris es-
 sent vltiori periculo, remouere decre-
 uit. Quo statim factum est, vt terra, salua
 tamen reliquorum mundanorum, corpo-
 rum combinatione & coordinatione, quae
 vix aliam, quam originalem illam serua-
 uit ex sapientissimo instituto integritatē,
 totalem prope perpeffa sit dissolutionem.
 Qua ista quidem vniuersa terrarum com-
 pages disrupta quasi, aquarumque fluxu
 & refluxu contusa, & in frustra ita resoluta
 fuit, vt facile extrema i. e. animalibus vi-
 ciniora corpora ac proficua strata integra
 commista sint imis: vel quod idem mihi
 isto, principia diuersorum regnorum
 quantumuis in optimo coexistente ordi-
 ne, ita commixta sunt, vt vnum creatu-
 rarum

rarum regnum alterius, vel vtrumuis sua
 sigillatim impediret species, quo minus
 tertio, puta animalium, regno prodesse
 iam videretur. Id quod in vniuersum
 celeberrimus Anglus * ita describit:
 „Durante diluuiiana strage, globo terrestri
 „ab aquis vndique operto, fuerunt omnes
 „lapides & marmora terrae antediluuiar
 „nae; metalla omnia, mineralesque con
 „cretiones, verbo, cuncta fossilia, quae
 „vllam antea obtinuerunt soliditatem
 „totaliter dissoluta, & in particulas nullo
 „nexu cohaerentes diuisa. Corpuscul
 „haec solidorum antea fossilium soluta
 „iuncta corporum non solidorum parti
 „bus, arenae scil. terrae & similibus; ani
 „malium item, horumque ossium, den
 „tium, conchyliorum; vegetabilium pot
 „ro, arborum, fruticum & herbarum; ver
 „bo, corpora quaecuis in terrae superfi
 „cie posita, vel globi huius massam con
 „stituentia (si non ad imam abyssum
 „omnia, ad maximam saltem, qua pene
 „trare nobis licet, profunditatem) omnia
 „haec

* loc. cit. Part. II. p. m. 63.

haec, inquam, aquis fuere confusa, & in
illis ita sustentata, vt vnā communem
constituerint massam. Et idipsum spe-
ctat ad perditionem illam, quam Deus
comminatus fuerat; * vbi postmodum
retraxit & contraxit quasi largissimam
abundantemque originalis bonitatis in
vniuerso terrestri globo manum, multi-
plicando hominum labores & curas, quas
alendis potius corporibus, quam volupta-
tibus depascendis, impendere oportebat;
adducendo propius peccati obsonium **
i. e. mortem, quae non amplius, vt antea,
tantas necesse moras debebat. Vt vt au-
tem terra in tanta aquarum perfluxione &
inundatione ad quindecim cubitorum
altitudinem, maximos tunc temporis
montes existentes, superante, *** viscera
quasi sua laxauerit, vt aqua amplius riuis
riuis, venis & alueis coerceri non posset;
non tamen תהום i. abyssum illam §. IV.
destructam fuisse ullibi legimus: sed tan-
tum ita cum sacratissimo Scriptore versu
vnde-

* Gen. VI, 13.

** Rom. VI, 23.

*** Gen. VII, 20.

undecimo concedere cogimur, ruptos tantū fuisse omnes *fontes*, i.e. *πάσαι αἱ πηγαὶ τῆς Ἀβύσσου*. Vnde non solum illius §. IV. assertum ulterius vidimus argumentum, sed & eorum, quae infra sequuntur; contra illos scilicet, qui tantas aquas concedere non possunt aut nolunt, firmissimum robur dum scil. amplissimae abyssi aquae & cavernae, imo fontes terrestres omnes, & quod magis est, vniuersi aeris, quae subtilioris, quae grassioris, tegmen, * superne v. qualicunque compressum, in interneciem malorum, quantum quidem humanae rationi nosse conceditur, conuenerunt & conspirarunt.

X.

Cur per tantū diluuium facta sit remotio.

Nec inde est, vt multum disquiramus, cur Deus sapientissimus Parens prauitatem hominum §. VII. tanto diluuiο, & non alio modo, vti quidem fame aut bello, delere voluerit? Potuisset enim, si voluisset, integrum creaturarum exercitum longē

* Conf. Elementa mea Geogr. Mathematicae superiori anno edita lect. II. p. 352.

longe viliori modo, quam aqua vel igne
destruere coelitus delapso, sicque vniuer-
sam terrae molem diluente ac disrum-
pente, delere penitus; potuisset homi-
num prae libidinibus exardescencia cor-
da ita inuicem concitare, vt se ipsos ini-
qui, qui tanta praeuaricatione creatura-
rum bonitate abusi fuerant, e medio su-
tulissent penitus, radicitusque perdidis-
sent, in saluo manentibus creaturis reli-
quis; vel licuisset optimo Creatori vni-
uersos ambientem aerem ita inficere vene-
ro, & quibus malis cunque abundare, to-
tamq; naturam vniuersali peste destruere,
nec permittere vnquam, vt amplius fuif-
sent reliqui, qui reminiscerentur diuino-
rum decretorum: verum alia longe fuit
diuinae sapientiae ratio, quippe quae non
malorum poenas, quam quidem isto-
rum originem & scaturiginem tollere vo-
uit, & sic per diluuium quoddam vniuer-
se, peroptime commonstrante laudato
WOODWARDO*. Potuit etiam hoc ita
diluium homines in vltimo temporum
arti-

* Loco citat. Part. II, p. m. 62.

articulo viuentes, quam optime docere
quid sit non solum bonitate terrestri
VIII. abuti, sed id quoque, quid olim pe-
ditionis grauissimae secum tulerit; & quo-
niam homines facile obliuiscuntur, vel et
malitia susque deque habent diuinas ve-
tiones, vt semper *stulti* dicant *in cora-*
non esse DEVM, * siue ea minus ve-
esse, quae diuini scriptores produnt, plu-
quam stolido ac bruto impetu: ideo De-
sapientissimus tale horrendum diluuii ge-
nus procul dubio amauit, vt cuncti in vi-
timo demum aeuo vitam degentes, non
subinde veritatis diuinæ argumenta vt
ex lignis & lapidibus legere & ad fine-
vsque mundi colligere queant. Nec cui
venerabili nostro Dn. D. MAIO ** v-
nam eorum coniecturam esse arbitror
quod Deus non seuerissimum in mortali
iudicium exercere voluerit, sed miti-
quoddam, & quasi grauioris cuiusdam
subsecuturi antecedaneum & praeludium
vt & terrā & noui mundi semen relinqueret.

* Psal. XIV, 1.

** l.c. pag. 145.

Vt ut vero hasce diuinas
ultiones habeamus, ex Spi-
ritus S. gratia sat clare de-
scriptas, ita quidem, ut plus
quam ab antediluuiana

De isthoc di-
luuio integra
terrae testa-
tur superfi-
cies.

ἡ δὲ ἀντίστασις §. VII. correptus dicatur me-
rito, qui illas negare audeat; nihilo-
minus cum tanta sit hominum vecor-
lia in labefcente, & collapsa prope hac
temporum senectute, & coecitas, quae
rix exprimi potest verbis: non sine singu-
ari Dei prouidentia sic ex indicato dilu-
tio §. IX. semper omni exceptione ma-
ius in ipso hominum domicilio, nempe
terra, quotiescunque illam intuemur, reli-
tum habemus testimonium. Et hoc qui-
dem non simplex est, neque vnus loci;
sed vbicunque terra existit, hominesque
colit ac continet, eousque etiam certissimi
perstant iustissimae huius ultionis diui-
nae testes; modo respiciamus istos feli-
citer, & quod vnus prae altero singulare
habeat, probe conferamus, necesse est.
Sic enim montes non pauci, quo altiores
in terrarum ambitu existunt, eo certiora
nobis de hacce diuina veritate exhibent

testimonia, cū id quidem de alpibus Hel-
ueticis diligentissimus indagator rerum
creatarum praesertim vero antediluvianarum
rūtestatur doctiss. SCHEVCHZERVS,

„quando ita loqui amat: Ich preise die
„allweise Vorsehung Gottes, welche uns
„nicht nur in H. Schrift berichtet Gen
„VII, 19. daß die Wasser der Sündflut
„über die höchsten Spitzen der Berge
„gegangen, sondern uns immerwährend
„de Denck-Säulen dessen vorstellet, auf
„unsern Alpen Gebürge, welche die
„größten und höchsten sind von ganz
„Europa. Wer will hieran zweifeln
„wann er auf den obersten Berg-Förster
„unserer Landen ansiehet ganze Felsen
„die von lauter zerbrochenen auf einan-
„der gehäuften und in Stein verwand-
„ten Meer-Muscheln und Schnecken
„zusammen gesetzt seyn? Kommet hier-
„her ihr Verächter der H. Schrift, die
„ihr vor eine eitele Fabel haltet das, was
„in der Heil. Schrift von der Sündflut
„aufgezeichnet steht; Lernet hier in
Gottes

„Gottes Läger , die stumme Felsen
 „werden euch predigen , die Mauer-
 „harte Berge werden euch , wann ihr zu
 „biegen seyd , weich machen. Vbi de
 montibus , ad valles descendimus , non
 sane istae minores euadunt tantae verita-
 tis testes cum suis fluminibus , & quibus-
 cunque ad ista obuiis lignis & lapidibus.
 Praesertim vero terrarum profundita-
 tes tot euentissima indies produnt
 dictae catastrophes vniuersalis argumen-
 ta , in suis olim obrutis hodieque subin-
 de detectis antris , vt integra etiam visui
 nostro monstrent metallifata animalia , *
 reptilium exuias , & integros volati-
 lium nidos. ** Vt nihil dicam de figura-
 tis lapidibus , de quibus porro lauda-
 tus ille scriptor , dicit : *** Es ist
 merckwürdig , dasz die Historie , der so

C 2

„ge-

* Conf. Miscell. Berolin.

** conf. Acta Erudit.

*** confer. IO. RAIVM, clariss. BVTNE-
 RVM & IO. IAC. BEIERI Orycho-
 graphiam Noricam doctissimam , cu-
 ius perauide expectamus continua-
 tionem , & IO. MORTON the natu-
 ral history of Northampton-Schire.

„genannten gebildeten Steinen, in die-
 „sen letzten Zeiten eifriger unterfu-
 „chet, als jemalen. Aber auch das Gift
 „der Gottes-Läugnung und Schrifft-
 „Verachtung auf eine so subtile Manier
 „zugerichtet und denen Hertzen derer
 „Menschen eingeflöset wird, als jemalen.
 „Es ist zwar wahr, daß die Muschel-
 „und andere gebildete Steine, nach vie-
 „ler Naturforschere Meynung zuge-
 „schrieben werde einer verborgenen Na-
 „tur-Krafft, welche sie also in der Erde
 „gestalte, oder andern und andern Ur-
 „sachen, von denen zur andern Zeit er-
 „mehrs soll geredet werden. Es ist ab-
 „er die Materie seit wenig Jahren so eifrig
 „erforschet, und die Steine mit den
 „Meer-Geschöpfen so fleißig und son-
 „fältig verglichen worden, daß nun
 „mehr ein vernünftiger Mensch nicht
 „zweifflen kan an der Herkunft der
 „genannten figurirten Steinen von der
 „Sündfluth &c. „ Vt is ideo omni li-
 „gno, lapide ac metallo durior vocandi
 „sit, qui testimonia isthaec, exceptione
 „maiora, negare, vel in dubium saltem vo-
 „care audeat.

XII.

Cum vero dicta terrarum compages §. IX. dilrupta & emota fuerit,

Vniuersa terrarum compages.

ita, vt aquae illam perfluxerint penitus ad altitudinem maximos tunc temporis existentes montes, superantem; necesse est, vt hinc non solum deducenda sit illa vix concipienda rerum toto terrarum globo continentium conuersio, sed & varia, & tantum non vniuersa, quae nunc adparet, constitutio, atque isthaec subterranea minus ordinata, stratorum facies. Vbi metallicolarum manibus interdum toti lapidum grassiorum quasi parietes, nunc horizontaliter nunc obliquius & verticaliter, nunc mire inuicem cohaerentes, occurrunt; quibus diffractis, de nouo oculis terra alia, quam quidem *antea habuerunt*, perfodienda adparet; hanc inquam faciem, sicuti in praesentiarum totam spectare non libet, nec licet: ita beneuolum lectorem ad aliorum virorum scripta, quae doctrinam hanc vel ex professo, vel ex accidenti saltem pluribus tractarunt, remittimus.

XIII.

Porro id te-
stantur hydro-
staticae leges.

Id tantum hoc loco, vti
terra ita, eiusque solidae
partes per aquas ex abyssi

ebullientes de superque cadentes, emota
dicuntur, ex hydrostaticis fundamentis
praenotasse sufficiat, quod solidis & qui-
dem aqua, vel quacunque alia materia
liquida grauioribus, tantum de grauitate
decedat, quantum grauitatis materia li-
quida, ab ipso solido corpore expulsa, ha-
bet, e. g. cubo plumbeo, aquae penitus
immerso, tantum de suo pondere deco-
dit, quantum ponderis cubus aqueus ex-
pulsus habet, ceu id quidem ex ARCHI-
MEDE * & aliis passim demonstratum
supponimus. Vnde illico sequitur, i. cor-
pora minus graua facilius suam grauita-
tem amittere in eodem liquido, quam
corpora grauiora, vti, si libere vtrumque
agat, istud grauius corpus maiorem liqui-
di partem expellat, quam quidem leuius.
Qua ex re etiam diuersi generis corpora
antea in aequilibrio existentia, illud minu-

* In tractatu de insidentibus humido lib. I.

in liquidis seruabunt. Constat hinc 2. quod eiusdem generis corpora in diuersis liquidis, ad ista suam habeant ponderis & immersionis rationem; vt nempe illa minus generis corpora purioribus & leuioribus immersa liquidis, debeant profundiorē occupare locum, quam in minus talibus liquidis; sic e. g. diuersi quidem generis, ast eiusdem magnitudinis, cubi, veluti cupreus, plumbeus, lapideus, ligneus aquae, vel alii liquido immersi, diuersimode haerebunt, vt scilicet alter prae altero, pro sua grauitatis vel liquidorum ambientium ratione, profundiorē habeat locum, & simul totius superficiei inaequalitatem monstret; & id quidem 3. quo propius accedit grauitas ponderosioris corporis ad liquidi grauitatem. Et 4. solidum leuioris constitutionis, quam liquidum, si vasculi basi adhaeret, tunc ab ista vix prius amouetur, quam donec tot liquidi infundatur, vt partem superet grauitatis penitus. Potuisset 5. heic temporis quoque & aliarum circumstantiarum ratio haberi, quam liquida ad solida, vice versa, in descensu subinde obseruant, nisi in hac ipsa tractatione tempori inseruiendum sit.

XIV.

Experientia il-
lustratae.

Habent autem diuerſi
ſolida ad eadem liquida
diuerſas inuicem grauitatis rationes, &
quidem iuxta nonnullorum * obſeruatio-
nes ita, vt, ſi grauitas auri eſſet part. 100; tunc
eiusdem magnitudinis plumbo compe-
tant $60\frac{1}{2}$, argento $54\frac{1}{2}$, æri $47\frac{1}{3}$, ferro 42
ſtanno & quidem communi 31, puriori
 $38\frac{1}{4}$, magneti 26, marmorì 21, lapidi 14
cryſtallo $12\frac{1}{5}$, aquae $5\frac{1}{3}$, vino $5\frac{1}{4}$, cerae
oleo $4\frac{3}{4}$. Quod ſi nunc ex eiusmodi com-
porum ſolidiorum limaturis probe puri-
gatis, adhibeatur certa quantitas, eaque
inuicem commixta, in vitrum aqua ple-
num infundatur; tunc per antea dicta ce-
to certius eſt, quod non ſolum ſecundum
grauitatis rationem diuerſarum ſpecierum
limaturae, mox habito etiam temporis
reſpectu, ſubſideant, ſed & paralleliter
quaſi formatas ſtrias, vbi praefertim nu-
lum impediens occurrit, apprime for-
ment; & quae leuioreſ ex iſtis ſunt, ac-
cedem

* Confer. Dechales Tom. III. tractat. hydro-
ſtat. Prop. 31. Mundi Mathematici.

cedente vel leuissimo motu, in superficie
extrema protuberantias quasdam & in-
aequalitates exhibeant.

XV.

Debuerunt igitur in ter- Vnde diuersa
ra ita aquis circumfusa pe- terrarum stra-
nitus, solidiora corpora §. ta.

XII. quoad notabilem profunditatem,
non solum dictum ibi & §. XIII. accipere
itum, nempe cum Horizonte in proflu-
tu aquarum maximam partem paralle-
lum, & alium minus ordinatum, sed occu-
pare etiam nunc altiora & sublimiora
nunc depressoia loca; & quidem secun-
dum eas, quas breuiter in praecedentibus
indicaui, leges; prout scilicet liberioiem
per aquas, perque turbata inuicem cor-
puscula, prae maioribus magis impedi-
entibus perque easdem aquas emotis, inue-
nerunt, tam in ascensu, quam descensu
motum. Ponantur enim arenulae vel e
diuersis locis erutae, vel arte paratae, qua-
es arenariis horologiis ex plumbo siue
materia alia leuiori paratae, adhibere sole-
mus, modo sint diuersae grauitatis, eae-
que infundantur in vitrum aqua plenum

& turbentur inuicem; tunc illae; quae grauiiores sunt particulae, mox inferiorem, quae leuiiores, medium & quaecunque leuissimae, superiorem occupabunt locum, & parallelas ita formabunt non ineleganti modo, superficies super inuicem consistentes §. XIII. Et haec ipsa quae in diluuiio maximo motorum corporum & successu temporis iterum consistentium, fuit ratio; vt inde tandem diuersa efformata sint terrarum ad fundum successiue praecipitatarum, quae infra videbimus, strata & variae glebae.

XVI.

Aliorum consensus.

Huic denuo sententiae accedit supra laudatus Angelus scriptor, quando dicit: * Accidit haec subsidentia conuenienter legibus grauitatis, quantum quidem in tantum confusanea mixtura fieri potuit; ita quidem, vt omnium primo delapsa fuerit materia, corpora & corpuscula grauiissima; mox subsederint, quae proxime, mun-

* l.c. Part. II. p. 63. conf. Dn. WIHSTON l.c. & alii.

,mum a summo obtinuerunt grauitatis
 ,gradum, locum proin' occuparint ab
 imo proximum; & sic porro quaeuis
 ,alia deciderint omnium leuissima, quae
 ,superficiem constituerunt totius sedi-
 ,menti, & omnia reliqua operiuerunt.
 ,Formauit materia terrestris, quae re-
 ,censitis iam modis subsedit strata lapi-
 ,dea, marmorea, carbonaria, terrea, alia,
 ,ex quibus stratis globus ipse terrestris
 ,constat, in illis ad minimum partibus,
 ,quae hominum subiere conspectum.
 ,Quum ita strata collocari debuerunt in
 ,ordine ad disparem grauitatis rationem,
 ,subsedit primo non sola materia homo-
 ,genea, quae omnium fuit ponderosissi-
 ,ma, sed eodem tempore quaeuis alia
 ,corpora eodem grauitatis gradu gau-
 ,dentia; quando nunc certum est, dari
 ,diuersi generis, naturae & constitutionis
 ,corpora, attamē eiusdem prope grauita-
 ,tis specificae, accidere omnino oportuit,
 ,vt differentis naturae corpora delapsa
 ,fuerint simul, atque ita vnum idemque
 ,composuerint stratum. Pergit laudatus
 ,author vltcrius: contigit vt cochleae, ac
 ,conchae grauitate prae aliis eminentes
 ,depo-

depositae fuerint in stratis lapidum, marmorum, aliorumque ponderosiorum terrestrium corporum; dum interim conchylia leuiora sese adsociarunt materiae etiam leuiori, e. g. cretaceae aliue lapidibus grauitate cedenti; qua absente ceciderunt huius generis testacea haud procul a superficie. Hinc est, quod testas leuiiores e. g. echinorum & similes copiose reperiamus in creta, vbi ex grauioribus rarissime offendas aliquam, vtpote quae subsederunt citius, & profundioribus infima strata cretacea occuparunt locum. Eodemum corpora, quae cretam, argillam arenam leuitate superant, praecipitabantur omnium vltima, atque adeo composuerunt stratum globi terrestris supremum.

XVII.

Strata pro diuersa liquidorum ratione multum turbata.

Provt etiam isthaec stratorum terrestrium obseruationes, istarumque curatiora examina in quantum inter fodiendum colligi possunt ac debent, miram omnino non inutilem tum primaeui illius, tum postremi nostri exhibent globi terrestris considerationem.

ligi possunt ac debent, miram omnino non inutilem tum primaeui illius, tum postremi nostri exhibent globi terrestris considerationem.

lerationem: ita vltcrius quoad origina-
 tiam stratorum istorum coordinationem,
 praesertim vero quoad supremum seu
 nostram, notarier oportet, strata ista di-
 uersimode quoque ex ipsis liquidis emota
 corpora vltro citroque commouentibus,
 formata fuisse. Sic enim corpora per §.
 XIII. vtyt antea aequalia, in diuersis li-
 quidis, prout scil. ista in diuersis terrarum
 partibus, nunc plures, nunc minores ad-
 mixtas habuerunt impuritates, potue-
 runt nunc magis, nunc minus deprimi; &
 quidem tanto facilius concedetur,
 quanto minus de liquidorum maxime
 inaequaliter turbatorum, statu dubitan-
 dum est. Accedit tempestatum, exterio-
 rem terrarum superficiem ferientium,
 maxime vero aëris, qui externam aequae
 c internam terrarum structuram procul
 cubio multum perforauit, inaequalis ra-
 tio, de qua tamen in praesenti dicere non
 necet.

XVIII.

Quod quidem supre-
 mum hominibusq; quam
 proximum stratum atti-

Superioris stra-
 ti turbatio quo-
 ad animales res.

et; hoc omnino potuit per haec ipsa asser-
 ta

ta maioribus, imo debuit, maximis mutationibus exponi. Ponantur enim denuo diuersi generis particulae, minus tamen quam illae §. XIV. quoad formam aequales, e.g. ramenta limarum ex auro, argento, cupro, arena, ferro, ligno, &c. ea in vitrum aqua plenum fundantur; vnde denuo multa §. XIII. suum locum acquirunt; plurima vero dicta ramenta ob irregulares formas, quas habent & tempus, quod in delapsu sic inaequali, infirmunt, impediuntur §. XVII, quo minus aequales ac in §. XIV. dictas regulariores series formare possint. Cum itaque ante cataclysmum maximum terrarum superficies quo modo cunque formata* ac firmata, statim diuino nutu admodum fructifera Gen. I, II. extiterit quoad arborea maxime, frutices & quaecumque alia vegetabilia, istorumque semina varia, porro quoad materias fructiferas, ex quibus haec talia formata sunt; insuper quoad corpora animalium singulorum vti hominum & aliorum bipedum, quadrupedum

* Conf. WHISTON Theoria Telluris.

flum, auium, piscium & cartilaginosorum,
 crustaceorum, squamosorum &c. quae
 omnia cum animalium quorumuis mem-
 oris, vti ossibus, dentibus, cornubus, prae-
 fertim vero cochlearum quam terrestri-
 um, tam maritimarum testis &c. non po-
 uerunt non tanquam leuiores creta, are-
 na, argilla &c. superiorem contegere stra-
 ti superioris superficiem, & quidem secun-
 dum cuiusuis generis specificam grauita-
 tem. Itatamen, vt in locis elatioribus ac
 montibus iam procul omni dubio ante
 cataclysmum in terra existentibus, vel re-
 cens ex immensa emotorum corporum
 terrestrium, inaequaliter mox confiden-
 tum, conuassatione ac coagmentatione
 exortis, leuissima quaeuis haeserint im-
 mota, ceu sunt cochlearum dictarum te-
 stae, piscium squamae &c. quae sane in
 magna hodie copia colliguntur & exhi-
 bentur, veluti illi indubii tanti diluuii te-
 ses §. XI. Post haeserunt partim magis
 regularia & grauiora corpora, vti homi-
 num, piscium & animalium quorumuis,
 partim lapidum, quibus obruta & inclusa
 fuerunt, dum conuassationes illorum exper-
 iunt. Et quia animalia quaedam aquas
 ferre

ferre haud potuerunt, ceu quidē homines
 alia vix ad breue tempus illis restiterunt
 veluti illa, quae natare valuerunt, & adhuc
 alia aquis adsueta fuerunt: ita illa inferiora
 facile loca cum grauioribus corporibus
 particulis post citissimum interitum au-
 aucta, oportuit: ista natatione aliqua
 freta, durarunt paulisper, nec ita profun-
 de iacuerunt: & haecce denique anima-
 lia aquis adsueta, diutissime cum aquarum
 elatione circumnatarunt; & tandem
 quae irreperere rimas & antra conata sunt
 mox lapidum emotorum collisione inte-
 riere, qualia itidem hodiernum vidimus
 in dictis lapidum rimis §. XI. quasi meta-
 lisata, & obseruamus alibi.

XIX.

Quoad arbo-
 res speciatim.

Quod tandem arborum
 attinet, istae radicibus
 terris adhaerentibus adauctae, vix supra
 maximam aquarum superficiem innatarunt
 nec ideo montibus haeserunt, nisi quae
 tempestatum aut grauioribus motibus
 congestae fuerunt: sed inferiora quousque
 scilicet per haecenus tum liquidorum re-
 tentionem, tum dictam specificam adhaere-

em grauitatem licuit, occuparunt loca.
Nec tamen, quod de consimilibus rebus
lixerim, ipsae arbores, praesertim multum
amosae, vt sunt querci & fagi &c. ad
nteriora & infima terrarum loca demitti
otuerunt; nisi illis forsan in locis ac ca-
bus, vbi supra dictam ingentium lapi-
um conuassationem, expertae sunt:
d tantum, praesertim ad aquarum deflu-
um dissipatae, priusque delabentes &
partibus terrarum lutosi, viscosi, glu-
nosiisque adhaerentes, altioribus non-
unquam radicibus defixae, a reliquis
nsidentibus partibus, citius obrutae fue-
nt & occlusae.

XX.

Et idipsum quoque non ro experientia compro- at, vbi in eiusmodi locis	Idipsum expe- rientia com- probatur.
--	--

ueniuntur arbores, & trunci ingentes,
ui, vti verissimam ligni substantiam re-
runt: ita quoque e lignorum & arbo-
m censu eximi nequeunt. At vero de
ccasione, qua scil. huc illucue delatae
nt dictae arbores, iamdiu inter eruditos,
minus tales, disceptatum fuit; quo-
rum

rum tamen lites in praesenti nec me
facere libet, nec recensere eius generi
multas arbores, sed enarrare potius quae
ipse expertus sum, non quae alii, summi
viri in suis & aliis terrarum partibus
contulerunt. Sic omnino donec in histori
oris per DEI, Summique PRINCIPIS grati
tiam, vivere licuit, non sine admiratione
quam saepissime intuitus sum fluvium
Lohnum, fortalitium nostrum, cui postea
inde, ac toti Serenissimae Hasso-Dar
stadinae domui DEVS semper clementer
sine adsit! proxime adluentē. Huius enim
alveus nonnullis in locis ultra duarum li
re perticarum profunditatem conspicitur;
ut ut etiam, ceu capite Ildo videmus,
intra praecaltos nonnunquam inco
dat montes: nihilominus multis in locis
annosae se in oculos ingerunt arbores
quales in quercetis heic locorum crescere
solent, ad 40, 50. pedum & ulterius
proceritatem excrecentes, istarumque
provt fluvius eluit, ingentes rami. Habet
fluvius iste, ob dictos ex utraque parte
montes, nunc magis nunc minus remota
& riuulos inde passim decedentes, etiam
hanc proprietatem, ut multum vel

exiguas tempestates excre scat, & ob citum
decursum, cuius ad PICCARDI modum
institutam descriptionē alibi promisi, mi-
re decre scat. Hinc fit, vt alueus facile ultra
modum dilutus, radices tam ingentium
arborum & cacumina detegere soleat. Ha-
bent tamen lingua ista, prout ego partim
vidi, partim ab incolis relatum refero, qui
illa exinde pro alendo igne integris plau-
stris nonnunquam & curribus de porta-
runt, horizonti parallelum situm; quem
arbores alibi robustiores, e ventorum a-
quarumue impetu prolapsae, in limosa
terra §. XII & X, qualis heic etiam loco-
rum ex parte obseruatur, acquirunt.

XXI.

Nec etiam illud mirū &
ratione alienum est, quod
anti arborum trunci per
ot annorum defluxum in

Quomodo
conseruari po-
tuerint talia
ligna.

thoc superiori terrae strato ab aëris ma-
ime tempestatumque iniuriis, quin &
xinde deriuanda putredine, conser-
ati sint. Posteaquam enim isti in iam
ominata terrae specie probe iacuerunt
cti, cui naturalis quasi inest falsu-

go, sulphur & praeter ea, quae §. V. ex antiquitate adducta sunt, balsamica vis, quae de forsan dicendum adhuc erit; necesse est ut simul ob subterraneum calorem, ex communi procul dubio abyssu §. IV. derivandum, & distinctam in arboribus particularum structuram, maiorem minoremque compactionem ac soliditatem, etiam maiorem minoremque acquisiverint duritiem. Est enim vel subterraneus calor qui terram nobis corpus demortuum §. IV. concipere haud sinit. Cuius conseruationi maximopere inseruiunt laudata §. XV. terrarum strata, quorum praecipuum ad cuticularum in corpore humano vestium modum, functio est, ut contineant calorem, ac rite quasuis interiores vires distribuunt. Contra nec dubium est quin ab eodem calore nonnullae arborum aliam prorsus particularum ac fibrarum structuram habentes, in eadem terra suam amittant naturalem duritiem. Imo dantur arbores, quas ob eandem rationem & calorem maxime, vel in eadem terra vel ab hac diuersa, nonnunquam putredo excedere quasi & consumere penitus solet. Est autem praesens durities in dictis arboribus

poribus, quas ex fibris ac strigis utplu-
 rimum quercinas esse iudico, notabilis ad-
 modum, & tanta, ut trunci ferra cultro-
 que rite dissecti, polituram admittant
 notabilem. Hinc etiam vidi non solum
 absellia inde parata, sed & ob colorem
 nigrum asseres inde formatos & assiculos
 ab artificibus elegantissime cistis aliisque
 rebus obducendis adhibitos. Quemad-
 modum vero noto notius est, quod,
 sicuti arbores interne in suis fibris, utricu-
 lis, tracheis, aliisque vasis, unde & annos
 numerare vulgus conatur, quoad variam
 texturam differunt; ita quoque in anno-
 ribus istis truncis diversam hanc in diuer-
 sis partibus observaui polituram. Quia
 etiam difficulter incurvantur ligna ista,
 propterea haec ipsa instrumentis nonnullis
 mathematicis, quae praeter soliditatem,
 quam maxime rectitudinem requirunt,
 felicissime adhiberi curavi. Quas vero
 reliquas in istis truncis consignavi obser-
 vationes, forsitan infra sequentur. Et hoc
 fallor ipsum est, quod laudatus An-
 glus * habet, quandoquidem, inquiens,

D 3

„su-

* l.c. pag. 66.

„supremum hoc stratum aëris, tempesta-
 „tum & aliis iniuriis externis prae aliis
 „& immediate fuit expositum, accidit
 „necessario, vt omnium animalium cor-
 „pora fuerint mox corrupta & putrefa-
 „cta; pariter quoque ossa, dentes & te-
 „stacea lapsu corporis consumpta, illis ex-
 „ceptis, quibus durationem conciliauit
 „firmior partium compactio & soliditas
 „vel quæ in magnam bituminosae, aliusve
 „similis materiae copiam fuere depositæ
 „ibique veluti balsamo condita & con-
 „seruata; idem corruptionis fatum ex-
 „pertae sunt arbores, nisi & ipsae fuerint
 „huiusmodi balsamica materia inuolutæ
 „& hoc modo saluæ a dissolutione re-
 „ditæ. Multo magis adhuc perierunt
 „frutices, herbae & vegetabilia tem-
 „poris constitutionis alia. Semina ta-
 „men omnium plantarum, quae dictæ
 „modo fuerunt in supremo terræ strato
 „reposita atque prope superficiem terræ
 „in solo naturali, siue generationi veg-
 „tabilium conuenienti, recondita sunt
 „plantata, mox germinarunt, incremen-
 „tū ceperunt, & totam terræ faciem la-
 „to virore induxerunt. Extitit hæc
 „& c.

et erit porro, terrestris haec vegetatiua
supremi strati materia, penus & prom-
tuarium perenne, ex quo nutrimentum
animalibus plantisque accedit, & in quod
dissoluta haec ipsa corpora redeunt, ut
nouam constituendis & generandis aliis
corporibus materiam suppeditent.

XXII.

Ad eundem quoque
modum lapides in eadem
autosa terrae specie con-
creti, visuntur, veluti ad

Lapidū quod-
dam genus sin-
gulare h. l. no-
tatur.

montem nostrae Musarum sedi vicinum,
qui ob amoenam & singulariter homi-
num alimentis proficuum situationem,
vulgo vocatur *der Nahrungs-Berg*. Quod
ipsius lapidum genus iam olim rimatus
est saepius, suisque ideo auditoribus mi-
randum exhibuit B. STRAVSIVS Me-
dic. D. & in Academ. nostra Professor
Physices, dum viueret, celeberrimus.
Constant autem eius generis lapides ex
innumeris aliis minoribus ac minimis la-
pillis, glareis, silicibus &c. varii *coloris*,
viti rubri, albicantis, rari, cerei ac lutei, &
formae diuersae e. g. globosae, maximam

vero partem quadrangularis &c. vt integrum
 massa quasi crustam vnus aut duorum
 digitorum latam monstret; exceptis illis
 in locis, vbi profundius latent, & integros
 globos referunt. Insuper lapilli isti quia
 per gluten quoddam continentur, tam fir-
 miter, vt nonnisi per magnam vim discu-
 tiantur; imo illud difficilius, quam ipsi duris-
 simi ibidem lapides rumpuntur: & sic min-
 exhibeant faciem. De quo lapidum genere
 Experientiss. Dn. KISNERVS * Medicinæ
 D. apud Francofurtenses felicissimus, ami-
 cus plurimum venerandus, sequens mihi
 beneuole communicauit iudicium: dieser
 Stein wird an unterschiedlichen Orthe-
 gar häufig gefunden: und wie die gan-
 tze Erde nach der Sündfluth aus un-
 unterschiedlichen, und zwar meistens hori-
 zontalen Stratis bestehet, so scheint die-
 ser meiner geringen meinung nach, auch
 ein aus solchen Stratis genommener Stein
 zu seyn, von mehrern sowol kleinern als
 größern Sand und Kieselsteinen zusam-
 men gesetzt. Der über die lettichte Erde
 wi

* in Epist. d. XV. April. an. ciorccxiii. an-
 ne data.

wie dieser, gezogen, theils durch die in
derselben befindliche Saltzigkeit und un-
erirdischen unwidersprechlichen Wär-
me, theils durch das stätige Anwachsen
der Härteren mit den Weicheren (welches
Incrementum man denen Steinen nicht
vol absprechen kan) in eine harte Mas-
se oder Stratum gebunden worden:
wird sonst Wurst-oder Speck Stein ge-
nennet, weilen er eine Wurst, die mit
Speck und andern darzu benöthigten In-
redientien angefüllet, einiger massen
reicht.

XXIII.

Provt vero istam in la- pidibus conseruationem non multum miramur: ita minimo fatendum est, quod praeter illam conseruationem §. XX, adhuc dentur aliae, qui- bus corpora varia conseruari potue- runt in terra. Nimirum postquam terre- ria corpora §. XVIII. vel specificas ter- re partes, vel aquas metalliferas sua ac- quisiuerunt proiectione; non potuerunt non tales specificae particulae, veluti mar- cales, sulphureae & quaecunque aliae, corpora minus solida, ossa, dentes atque	Aliae conser- uandi rationes narrantur.
--	--

D 5

arbo-

arbores &c. attingere, ac penetrare. Et
quidem tanto magis, quo aptiora ipsa ex
titerunt corpora, vt sic vel intimius succo
metallo plenius indurata, vel saltem metallo
co quasi cortice obducta, ob omni putre
dine seruata sint. Nec heic quoque exclu
dendi sunt lapides, quorum colores to
tasque constitutiones vel ad nudam aquam
& ignis praesentiam, quotidie immutata
vidimus; vt ideo non absolum sit, istis per
inde vt metallis ipsis, triplicem attribue
terram, quarum prior in eiusmodi mixtu
basin exhibeat, altera colorem, tertia vt
ro figuram, metalleitatem vel lapideitatem
praebeat; siue vt BECCHERVS
„vult: prior istarum extra suam mixtu
„nem in lapidibus s. in sale alcali: altera
„in vitro: tertia in sale communi reper
„ri. Quae tres terrae, cum miscentur
sine vlla alia additione, verum & genuinum
metallum, & pro varietate praece
lapidem constituunt. Quid? quod lapides
ita quoad originalem constitutionem
ab illis in prima ruditate s. IV. existentibus

us, mox subsidentibus, denuo emotis §. K. ac confidentibus iterum §. XIII. terrarum partibus limosis, lutosis & arenosis, parum, imo nihil, praeter quamvis consolitandi vim differre, statuo. Hinc mirum non est, cur lapides nunc hanc, nunc aliam referant coloris ac soliditatis speciem? cur fossilia ligna nonnunquam immutata prorsus adpareant, vel ex parte saltem petrifico tantum succo imbuta sint, aut calcinata? & alia contra prorsus petrefacta aut metallisata in terrae profunditate inueniantur; quorum licet naturalis color, durities & pondus permutatum penitus est, ut nunc lapides nunc mineras ferro ac metallo quovis abunde refertas, monstrent: nihilominus tamen figura partium inde satis clare elucet, seu quidem ex ligno in praesenti exhibitum, infra cognoscetur. Interdum quoque lapides ac minerae tam firmiter lignis ipsis adhaerent, ut quoad species accurate distingui, dissoluique vix possint. Nec inde porro mirum est, quod pisces, g. & animalia quaecumque exigua, magis ut plurimum in fissili lapide, tam plana firmiterque adhaerentia, imo destructa penitus

tus quoad partes interdum adpareant
potuerunt enim haec talia corpuscula
leuitatem mollitiemque & contra occu-
rentium corporum grauitatem nimiam
comprimi & extingui debuerunt, substra-
tis subinde solidioribus partibus. Vel v-
idipsum doctissimus SPENERVS * plu-
ribus edisserit: quando, inquit, oc-
currentes, forte soluentes terrae succi
substantiam eorundem absumserunt &
destruxerunt, in locum particularum
absumtarum alia successit saxea, meta-
lica materia, exterior tamen figura
manente, prout animalia, serpentes v. g.
canceri, plurimaeque testacea petrefa-
cta luculentum exemplum praebent.
Quo etiam refert crocodillum suum, mi-
rificum sane, prout quidem cum Exce-
lentiss. Authore censeo, spectaculum est
animalium regno relictum, reliquosque
ibidem recensitos pisces metallifatos. Vbi
iusuper STENONEM atque BOY-
LIVM virorum naturae peritissimorum
bigam, quod videlicet illud nemo facill-

ii

* In Miscellaneis Berolin. p. 117.

in dubium, vocauerit, lapides ex materia
 fluida, viscidiori tamen atque tenaci, pro-
 duci, adeoque id quoque plus quam pro-
 babile esse, fissiles lapides ex argilla tena-
 ci, nigricante vel liuifcente originem du-
 cere. Praesertim cum omnino apud rei
 metallicae peritos in confesso sit, nihil
 esse ad inspirationes metallicas, vulgo Ein-
 atterungen, de quibus infra, aptius
 quam has ipsas argillas. Non omnino
 mirum, si substantia corporum ita
 simpliciorum, cum a motu partium inte-
 rino putredinali, tum a soluentibus ter-
 re succis dissoluta & destructa, partes
 metallicae in locum absumtarum suffi-
 ciuntur & recipiantur, haecque tandem
 animalia ligna & corpora alia habitum
 penitus mutant, & vndique veste metal-
 lica obducantur, imo in metallum quasi
 transmutentur, & perinde, vt hoc ipsum
 secula conseruentur.

XXIV.

Et id quidem tanto cer-
 tis ac citius procedet,
 quanto conuenientiora
 sunt, dictis iam inspiratio-
 nibus metallicis, se corpo-
 ra prae-

Sunt istae con-
 seruandi ratio-
 nes in nonnul-
 lis corporibus
 citiores.

ra praebent, vela natura, vel caussa a
corporibus inhaerente. Et sic quidem
petrefactionem atque metallisationem
lignis quod concernit, debet vtraque
ideo in diuersis lignis esse pro istarum pa-
rticularum, fibrarum, matricum structu-
turae inde sequente natura esse diu-
sa, nunc puta citior nunc tardior; in aliis
interdum petrificatio debet adparere
in aliis, in aliis vtraque simul, vt plenam, quam
miramur ac verissimam ferri mineram
tantum non verissimas ferri particulas
ceum quidem infra patebit, referat.

XXV.

Ligna dantur
facile acceden-
tia ad ferri na-
turam.

Vt exemplo vno altero
ue id ipsum comprobetur
vltcrius, omnino lignum
alneum, & eius quoque

semina sunt eiusmodi, quoad exterior
& interiores partes, constitutionis, vt
etas soliditates tam petrificationis quam
ipsius metallisationis facile caeteris par-
tibus admittere videantur. Sic enim quum
tuescunque arborem istam curatius in-
tueri licet, statim deprehendimus illam
aestiuo tempore foliis seminibusque, quum

✧ signa referentibus, florentem; nec ta-
men illa id ipsum adeo expresse, quam se-
mina ipsa praestant, quando scilicet ex-
emittunt istorum, die Knospen, inuer-
antur, & versus extremitatem alteram
flectuntur. Licet vero argumenta ista
non adeo firma putentur, quae a simili-
tudine rerum & nudis schematibus de-
ducta sunt: solet tamen natura, quae
nil frustra facit & format, cum signis
his externis rerum non raro prodere vir-
tutes; & sane si vnquam, heic maxime
ipsum asserere libet, vbi omnino mar-
tium virtutum in alneo ligno, etiam-
um florenti, praesentiam sequentibus
aspicamur indiciis. Etenim mars habet
in se aliquod sal, quo etiam fit, vt saepius,
mixtis impuritatibus, iisdem immixtus
huc facile disrumpat: ad eundem mo-
dum rumpit quoque lignum alneum fa-
cilius, quam alia ligna, admittit rivas,
quod dein' aquis immersum, tantam pro-
prie duritiem acquirit. Quemad-
modum porro ferrum multum habet
certo modo ad istud reduci valet: sic
et alneo ligno eiusdemque foliis & corti-
bus, post extractionem applicationem-
que

que debitam, salis fixi aërisque rite appo-
cati simile procul dubium vitriolum p-
rari poterit; id quod praeter gustum, et
factum, tactum & externum obtutum, as-
tringens illa vis, & adhuc alia signa sa-
clare monstrant. Hinc quoque est quod
ligna ista, aquae aërique exposita, vix p-
tredini sint obnoxia, perinde ut phlegma
Oli vegetabilia & alia corpora conseru-
re alibi solet. Insuper in ferro multum
Aris, nec minus caloris & siccitatis &
obseruatur: id ipsum quoque alni & e-
rum folia monstrant, quae pro nimia p-
guedine digitis admotis adhaerent, ri-
bilem perinde ut semina ipsa odorem ba-
samicum habent. Hinc procul dubio
& illud est, quod auiculae seminibus istis
vescentes, veluti sunt luteolae, fringillae
cardueles, perpetuo sitiant, & sic facti
ad alneta irretiantur; imo alni, ut ut
quis proximae, frigidiori tempore, fr-
gidissimo, quemadmodum nos anni
annos aliquot tale frigus ultra clima-
rationem maius sentientes, multis in li-
eis vidimus, non intereant.* Contra ve-

* Conf. Dissert. mea de Tempestatum adp-

n locis ficcioribus parum durant, & sic ob
calorem suum, quasi innatum, perpetuo
humiditatem desiderant. Sicuti insuper
errum rite antea paratum instar speci-
ci cuiusdam in martialibus morbis
rodest: ita quoque nullum dubium est,
quin spiritus & essentiae e ligno alneo, e-
isdemque corticibus, foliis atque semi-
bus paratae, idem praestare soleant, id
quod tamen aliis ulterius consideran-
um relinquimus. Hoc denique nota-
us, sicuti minerae ferreae saepissime cir-
a aquas existunt, & singularem acqui-
unt bonitatem, imo circa venarum ista-
um canales praesertim in antris, denen-
thächten und Stollen, vtplurimum inue-
antur aquae: ita alni ob antea dictam
tionem, nullibi magis ac felicius, quam
a aquas crescunt, sat fixam naturam, &
i proiciuntur in aquam, permagnam,
a aquae & igni ex parte resistibilem
quirunt duritiem, ferro adeo acce-
ntem, vt ex alneo ligno ita indu-
E rato

reter & vere extraord. speciatim frigo-
ris an, c1010ccix. intensissimi causis, ann-
c1010ccx habita.

rato ferrum, aut huic non abfimile qui
 poffe coqui videatur. Ne vero quis hec
 frustra quid pofitum effe dicat, iterum ite-
 rumque afferro, id ipfum neque a veritate
 nec etiam a praxi alienum effe, quia iam
 mecum habeo eiusmodi alnei ligni frufti-
 quae feliciores euentum, quam Zoil-
 ſibi perfuadebit, & fortaffis alia adhuc
 quae ipſe vix ſperaui vnquam, monſtra-
 bunt. Praefertim quia & certiffima exi-
 de ferri cum ligno alneo aestimari pote-
 conuenientia, quod, cum ipſi tinctores na-
 runt, ſoli iſtius cortices nigram ad modum
 tincturam exhibent, perinde vt ſimiles
 alias ¶ aut ¶ cum acido quodam cor-
 roſus, exhibere ſolet. Vt ideo in natu-
 ralibus rebus nihil primo obtutu tam ob-
 ſcurum videatur & abſonum, quod non
 laetiores euentum & finem ſimul, quod
 omnium optimus eſt, nempe *Vniuerſi-
 ſtiusq; partium minimarum* artificis §. I.
 gubernatoris §. II. artificioſam ac man-
 randam manum permire monſtrare
 demonſtrare valeat.

XXVI.

Ligna alia cum
 principiis ſuis

Nec tamen ſolis alnei
 haec ineſſe virtutes cre-
 do

do, sed potius vt easdem quoque reliquis arboribus, quae cum sale alkali prae aliis refertae sunt, seu quidem videre est in fagis, betulis, populis nigris, Aspenbaum &c. vt vt in minori, ac quoad diuersam arborum structuram admodum diuersa ratione, attriuamus, necesse est. Praesertim cum liunde constat, arbores praecipue e terra, aqua, sale & sulphure ita esse commixtas, no ex hisce partibus constare penitus, & semper pro huius illiusue partis prae altera commixtae in maiori minoriue abundantia, mediante aqua, tanquam vehiculis, diuersimode constituentur. Quod si iam aquae in se, multis ac variis impraegnatae existunt heterogeneis particulis, vt in acidulis atque alibi fieri solet; tunc minus adhuc dubitationis restat, quin concedamus arbores istiusmodi naturae, quasi procliuas esse ad has petrificationis, ac metallisationis species & facillime §. XXIII indicatas mutationes subire posse. Et id quidem tanto magis, quoniam isti a tempestatibus sublunaribus & ipsam consimilis naturae terram &

& aqua varie impraegnata, a tempestate seruata.

martialem, conseruatae iaceant. Solent enim quae vegetabilia sunt, ast non amplius succrescentiam admittunt, mox inter necari a sublunari temperie; perinde vt a subterrea non raro minerae solent. Quae ideo diuersae temperies sibi certe in casibus, vtvt in genere communem respiciant conseruationis rerum naturalium finem, sibi contrariari adparent.

XXVII.

Generalis praesentis scripti occasio.

Vt igitur ad rem ipsam tandem, cuius gratia inter haec praemissa sunt, veniam, est haec *mira* quaedam *metamorphosis*, ligni scilicet in mineram ferri, quae ante tres ferme annos & quod excurrit, vicino Illustri Solms-Laubacensi districtu erutam, obseruaui, aliisque obseruanda proposui. Hi etiam monitores subim fuerunt, ceu quidem mox infra constabit vt & istud naturae donum, instar cuiusnam diuinarum veritatum testis §. I longiori disquisitione dignum, describam plenius. Ne autem quis *Metamorphoseos* vel etiam *mira*, vocabula rideat ad illorum modum, qui aliorum cuncta, quae

vel ignorant, vel odio, quasi oestro perciti,
 altim aliorum studia habent, ridere & se-
 oc ipso, vt saltim mira dicantur capita,
 liorum non raro exponere odio atque
 ifui solent; is sciat, me non ex meo haec
 alia formasse cerebro, sed esse Dnn. Col-
 ectorum Lipsiensium * imo Illustris quo-
 que Societatis Anglicanae vocabula, quae
 deo seruare heic tutius & volui & potui.
 Nimirum iam a pluribus inde annis Illu-
 strissimus S. R. I. Comes DN. FRIDERI-
 CVS ERNESTVS Comes Solmensis &
 Tecklenburg. Dominus in Münzenberg,
 Wildenfels & Sonnenwald &c. vt & Sa-
 crae Caesareae Maiestatis Consiliarius In-
 timus & Sum. Iudicii Cameralis Iudicii,
 quod Wetzlariae est, Praeses Grauiissimus,
 Dominus Clementissimus, praeter alia
 laudabiliter instituta ad optimorum Prin-
 cipum atque Regum exemplum, orpha-
 notrophium extruere secum constituerat,
 illudque circa noui seculi initium extrui
 iussit; ita tamen, vt eundem, quem illustre
 domicilium habet, locum nempe respe-
 ctu oppidi ac hortorum paulo elatiorem,

E 3

hoc-

* Ad an. c1513ccx. mens. Nouembr. p. 484.

hocce paratum ex summa cura, quam Superiores, veluti dii terrestres, pro subditi habere debent, & aeterna laude dignissimum occuparet monumentum. Etiam idipsum fortassis ideo tam vicinum Illustri Domicilio exstrui placuit, vt sic perpetuum insimul esset officii, necessitati mutuae humanaeque imbecillitatis memosynon. Posteaquam vero iam exstructa erat praecipua aedificii pars, insuper in mandatis dedit Illustrissimus Comes vt puteus effoderetur in isto elatiori loco, vtvt magna & sumptuum & fodientium molestia iuxta Plauti illud: *

- - - miserum est opus, - - -

fodere puteum;

at vero cum maiori & maximo posteritatis usu. Vbi statim ac fossores vix vnam atque alteram orgyam reliquerunt, inueniunt busti cuiusdam, i. e. loci vbi cadauera olim gentilium demortuorum vrebantur ** rudera, nempe urnas, in quibus

* Mostell. act. 2. sc. 1. v. 32.

** Sic enim Festus: *Bustum* proprie dicitur *lucus, in quo mortuus est combustus & sepultus; diciturque bustum beneustum.*

ous,ceu in cado, combusta ossa ac cineres
colligebantur ab amicis & cognatis circum-
stantibus. * Hinc & urnam pro sepul-
chro adhibitam, legimus **. Quod si ve-
ro regeres, nihil praeter urnas, inuentum
esse, quod de integro eiusmodi loco se-
pulchrali testari queat; respondeo; id
vel incuriae fodientium, urnas hasce pa-
rum curantium, adscribendum esse, vel,
quod aequè certum puto, in causa est,
quod praee Gallis & gentibus aliis *funerum*
nulla ambitio. *** Quod si tamen quis
porro instet, is sciat, me haec talia perin-
te vt fossiores ipsi, parum curasse, sed in-
dicasse saltim illorum more, qui descri-
bunt

E 4

* Conf. GYRALDI Ferrariensis egregium de
sepultura ac vario sepeliendi ritu librum
Cap. XII p. m. 345.

** Ap. Lucanum. Libr. VII belli Pharsalici,
- - - Capit omnia tellus
Quae genuit coelo tegitur, qui non habet
urnam.

*** Vt quidem TACITVS CAP. XXVII. de
moribus Germanorum loqui amat, &
ulterius addit: *id solum observatur, vt*
Corpora clarorum virorum certis lignis
cremarentur &c. conf. reliqua.

bunt in genere loca, non res, quas aliis, quibus interest, examinandas relinquunt. Mox pergentes ulterius fossores ad XXXII pedum profunditatem, vti quidem olim ex erronea aliorum relatione putavi; at vero post curatiorem demum inspectionem & illorum, qui ipsis adfuerunt fossoribus, ore fide digno inueni, quod profunditas ultra LXX. pedes sese extendat, obuiam habebant ingentem & duram admodum molem, itemque aquam non minus impedientem. Impediebantur exinde fossores, licet impedimentum quia profluens aqua fera ac minus viuida adparebat, nec ita scopo futurisque respondebat vsibus, nullus concedebatur locus: potius vt maiori vi remoueretur vtrumque & inolis & dictae aquae impedimentum, cogeantur. Adparebat autem praegrandis verae arboris truncus cum proceris ramis atque radicibus ex parte bene dignoscibilibus, quibus tanta erat durities & consistentia, vt isthaec etiam secures aliaque instrumenta ferrea illudere videretur, donec summa molestia truncus integer in frustra diffringebatur. Mirabantur equidem adstantes arboris truncum

truncum, nec tamen illum ob profunditatem & molestias, quas ex dicta aqua trahebatur, & inde facile colabente terra habebatur, vix audebant fodiendo persequi. Quo factum est, ut, quod dolemus, non inuentus, effossus sit truncus, nec cognitus, sed quoad frustra tantummodo infra parum exhibenda, partim varie discussa, & ut veri adsolet, prorsus neglecta & obruta sunt, Adfuerunt tamen qui rem istam curatius tractarunt, aliorumque ulteriori examine dignam iudicarunt, imo dignissimam. Vnde etiam factum, ut mihi exhiberentur nonnulla frustula, sub vera magnitudine & figura in dictis Ephemeribus depicta. In quibus quantumvis statim sub primo obtutu obseruavi ligni naturam & texturam, & quidem iuxta omnes, quae infra demum commonstrandae sunt, circumstantias; nihilominus inconsuetam eorum grauitatem, colorem subinde mirantem & alia, miratus sum. Et quod maius gratum, exhibebantur frustula ipso mihi pretiosissimo temporis tractu, quo singulari crenissimi PRINCIPIS IUVENTUTIS FRANCISCI ERNESTI, HASSIAE LANDGRAVII, PRINCIPIS HERS-

FELDIAE &c. Domini mei Clementissimi, qui tum temporis studiorum causa apud nos morabatur, gratia clementissimaque simul cum Illustr. suo Comitatu in aedibus meis praesentia fruebar: vti statim fiebat, ut hic ex innata, & miranda prorsus in tanto Principe sagacitate, frustulum arripere, illudque absque omni praemissa adstantium intimatione modum chalybi, modo pyridi allidens, scintillula inde eliceret, spectantibus reliquis. Liceat vero aliunde constet, quod ligna dentur idem nonnunquam exhibentia; attamen in praesenti massa longe aliud subesse causae suspicati sunt omnes vel ex isthoo phaenomeno, praesertim post ulterius relatas circumstantias. Quibus postea rite perpensis, ipse non potui non frustulum illa vberiori dare examini, eaque mittere ad doctos subinde viros, qui partim ipsa quaecunque in mente agitabam, probabant, partim negabant nonnulla ab initio, uti fieri adsolet in eiusmodi rebus quarum natura non satis probata constat hinc modo ferri praesentiam negabant modo naturae lusum urgebant, quae ita postquam illud prius ob experimenta suscepta

cepta ac tentata varie vrgere non vale-
 nt, mineras disponderet vt quasi ligna
 leantur. Interea amotis omnium ob-
 stionum telis, mihi suasores erant
 omnes, vt conuenientes & vltorio-
 probationes hisce adplicarem. Sic
 im tot ad me datae ob istud naturae
 phaenomenon eruditissimorum virorum
 ostant epistolæ, vt omnes hic narrare
 agum foret. Praesertim cum mea olim
 conspectu Doctissimorum Virorum
 Academia nostra Clarorum, item-
 e Domini HOENISCHII ex Anglia
 m re ducis, suscepta phaenomena,
 mmonstrauerim; eaque viris vndi-
 que famigeratissimis, vti quidem in A-
 demia Helmstadiensi summe Reueren-
 IO. AND. SCHMIDIO, in Salana,
 um Deus saluam & incolumem cum
 quis & nostra LVDOVICIANA fer-
 ! GEORG. ALB. HAMBERGERO
 ximopere colendo, vt & in Fride-
 una, quae Halae Saxonum floret,
 ristiano WOLFFIO lubens commu-
 nui. Vbi etiam mea ad Dn. Wolffium,
 cum singulariter colendum, epistola
 manice scripta, locum ex parte in Actis
 Eru-

Eruditorum Lips. l. c. inuenit. Vnica
 loco omnium ad me beneuole datam
 sponforiam heic adscribere non pige
 quod ad ea, quae haectenus praemi
 sunt, apprime conferre videtur. Estq
 haec Viri Perillustris inque toto hodie
 teratorum orbe Celebratiss. Dn. LEIBN
 ZII, vbi non solum laudat naturae donu
 suamque egregiam de isthoc mentem a
 perit, sed & dignum innuit vltiori inco
 gatione, & quidē sequentibus: Vir Celeber
 Gratias debeo multas, quod elegante
 frusti lignei petrificati imo ferrificati
 lineationem ad me misisti, & grata
 rant, quae plura in eam rem fauore
 sequentur. Si conferent operam diu
 farum regionum viri docti & curio
 superficies globi nostri paulo mel
 noscetur. Doleo intercidisse quae in e
 rem meditatus erat Stenonius, quor
 specimen de solido intra solidum de
 Nescio an videris meditationem me
 Protagaea inscriptam, quae aliquan
 Actis Eruditorum inserta fuit. Sut
 catus sum prius igni, quam aquae
 noxium fuisse nostrum globum, & hu
 in ipsis primordiis aqua mersum fu
 tu

tunc, cum Spiritus Domini ferebatur
super aquas. Cæterum serius induruit
truncus ille, quem memoras, & succi
metallo pleni corpus eius penetra-
runt. Qnod superest vale & faue. Dabam
Hanouerae 30. Ianuar. cixcccxi.

ec defunt aliae tanti viri litterae, in qui-
s praeter alia, quae ad pleniorẽ meta-
morphoseos istius cognitionem spectant
monet: - - - - -

Si quid hoc de argumento pro more
tuo, id est vtiliter commentabere, &
nobis mittes, libenter inseremus Mis-
cellaneis nostris Berolinensibus &c. &c.

rem quoque recentissime vrget Famige-
tiss. atque Doctiss. Io. Burchard. MEN-
KENIVS, quod superiori anno lauda-
s DN. WOLFFIVS * cum adhortatio-
, vt quae vltius inuenissem, publica-
m quando sequentia ad me scribit: Ihre
experimenta de ligno in mineram ferri
utato, finden überall approbation, und
oben sie die Engelländer, als was be-
sonderes, aus den Actis Eruditorum in ih-
re

* d. 9. Decembr. cixcccxi.

re Memoires of Literature gesetzt &
 Eduntur autem istae litteraturae relati-
 nes per singulas septimanas in folio apud
 Anglos, vbi pluribus olim exhibita, na-
 rantur phaenomena.* Quia vero adhuc
 multis ac variis laboribus Academicis
 priuatis impeditus fui, quo minus ta-
 torum virorum suae obtemperare vlti-
 rioraque experimenta, quae obserua-
 circa lignum istud communicare potui-
 rim: haftenus quieuerunt apud me haec
 talia, vt vt magnam partem collecta. Ni-
 hilominus iam iam laudati partim V. G.
 Celeberrimi, partim alii haec talia quie-
 cere penitus & latere haud passi sunt, sed
 excitantur subinde, quos inter sunt exte-
 quoque, & nuper demum de naturalium
 & fossilium rerum inter Germanos opti-
 me commeritus Io. Iac. BAIERVS ** si-
 pra iam adductus, qui multis, & inter alia
 „ hisce monet: obtestor humanitatem
 „ tuam, vt non desistas, quemadmodum
 „ in describenda ferri minera, quae lignum
 „ olim

* Ad ann. cicioccx. d. 27. Nouembr. fol. 155

** In literis Altorfii Nou. III. Id. April.
 cicioccxiii.

olim fuit, laudabiliter coepisti, porro
illustrare naturae obscura opera, quod
& ipse pergam facere, quantum quidem
graviora gemini muneris negotia per-
mittent &c.

XXVIII.

Cum itaque superiori
CICIDCCXIII. mense a-
penitatis, cui *

Eaque scripti
huius proxi-
mior occasio
& distributio.

--- *sua maiores posuisse vocabulo Maio*
rior, vbi ab aliis impositis negotiis fe-
ri licet, expatiandi potestas daretur
mpus, animum eo proficisci induxi, vt
giones istas non nihil perlustrarem, & in-
erer insimul ipse puteum, in quo dictum
num petrificatum imo ferrificatum o-
a latuit; praesertim vero vt plura frustra,
ae, vt supra dictum fuit, aliquando di-
ersa fuerant, & hinc inde forsan a natu-
e curiosis seruata colligerem, futurisque
eis vsibus ab interitu conseruarem. In
o sane proposito, quod praeter naturae
lau-

Quid. L. V. Fastorum. v. 73. conf. Henr.
Leonh. Schurzfleischii annus Romano-
rum Iulianus p. m. 207.

laudem eiusdemque Statoris summi gratiam nihil aliud respiciebat, vix me vix fefellit spes, modo tempus vberius suppeditasset examinandi omnia, quae ulterius examine digna putavi. Interea Illustrissimorum Dominorum Comitum, Dornorum clementissimorum singulari comitate ac gratia tractatus, nonnulla fistula infra monstranda reportavi, imo fossoribus reliquis metallariis nonnulli accepi, quae in fodina ab hoc loco paulisper remota, latuerunt, & sic non possum non mentem confirmare penitus in illis quae semel cogitavi, rebus. Placuit itaque cum Deo nunc plenius, neglectis quoque quiescunt, quas forsitan in sui ipsius haec opprobrium colligere meditatur, decere. Ita tamen, ut in sequenti capite II regionis, terrae, qua in ligna ista celatuerunt, & temperiei, qua praesertim subterraneae istae partes a provida natura accepta gaudent, atque aquarum constitutionis proprietates, huc tantum spectantes, recenseam; dein IIIo capite trunci ipsius momenta & phaenomena referam, & istorum resolutionem progenii modulo addam, praesertim cum

i in Act. Eruditorum * jam monitum
 ; duo heic expendenda veniunt, vtrum
 l. substantia, de qua loquor, reuera
 num extiterit? nec ne: & num aliquas
 ras ferri particulas contineat? Nec tan-
 m in vltimo capite, ceu praecipuo &
 ppter quod praemissa heic sunt fere
 ania, omittendum est, vt dispiciamus,
 o huc modo delatum sit istud lignum?
 vlt igitur hoc primum caput genera-
 ssima exhibuit momenta: ita iam II^{um}
 cialiora, mox III^{um} specialissima, &
 dem vltimum, ex hisce rationes huc
 xime facientes, dabit.

CAPVT II

NONNVLIS IN MEMORATO
 RITORIO QVAD AQVAE, TEMPE-
 R, PRAESERTIM SVBTERRANAE ET
 VS TERRAE &c. CONSTITVTIONEM
 BSERVATIONIBVS, HVC MAXIME
 FACIENTIBVS

IN SPECIE.

Erritorii genera-	Quoad varii generis
lis descriptio §. I.	
	arbores & fructus
	F §. II.

l. c.

§. II. & naturam

§. III.

Quoad territorii su-
perficiem exter-
nam §. IV.

Et integrum sic di-
ctam Hortense
stratum.

Vbi & causa pro-
stat, cur alneae
arbores h. l. non
adeo frequentes
sint §. V.

Ultior strati hor-
tensis considera-
tio, quoad pecu-
liarem terrae spe-
ciem §. VI.

Quoad tria Terrae
medicae genera,
cui quartum re-
cens additur §.
VII.

Vbi de Terra sigillata
multa ex historia
notantur §. VIII.

Et ex scriptoribus,

qui illam exper-
suerunt §. IX.

Et de ferri minera-
aliorumq; meta-
lorum leminibus
§. X.

Strati hortensis in-
terioris constitu-
tionis considera-
tio §. XI.

Metallicorum cor-
sensus, praesertim
quoad ferri intri-
num genera-
tionem §. XII.

Ex quolibet limo co-
qui posse ferrum
§. XIII.

Et id maxime ex Lan-
bacensi, id quo-
probatum nouo et
simplicissimo ex-
perimento §§
XIV. XV. & XVI.

Vsus istius limi in ar-
te pictoria §. XVII.

Subterranea tem-
peries

peries quoad or-
tum §. XVIII. &
quoad functiones
in terrae superfi-
cie sensibiles §.
XIX. Vbi de calo-
re subterr. §. XX.
huius principium
sol non est §. XXI.
Unde fontium flu-
minum aliarum-
que rerum origo.
§. XXII.

Exhalationū ista-
rum, vulgo Wit-
terungen, varietas
& commixtu-
s in specie §.
XXIII. istarum
specialiori na-
tura §. XXIV. &
metalla opera-
tiones an Plane-
tariis adscribendae?
§. XXV.

istarum alia ope-
ratione, vulgo Aus-

witterung dicta,
specialius §. XXVI
& qui inde ve-
niunt alii e. gr.
motus, ignis terra
&c. §. XXVII.
specialissimis effe-
ctibus §. XXVIII.

Cur Exhalationes e.
gr. aquosae in locis
superficie terre-
stris elatioribus,
magis sensibiles
sint? §. XXIX.

Exemplum nota-
mus in Dinae
monte vicino §.
XXX. ubi Baro-
scopii ambulatorii
descriptio §.
XXXI. Huiusque
usus & observa-
tio recensetur §.
XXXII. dicti
montis nonnulla
singularia & alti-
tudo §. XXXIII.

De fluviiis & aquis | istarumque natura
Laubacensibus in | ra specialius §
genere §.XXXIV. | XXXV & XXXVI

§. I.

Territorii generalis descriptio.

Est igitur, de qua he-
loquimur, Laubacensis
ditio, quae prop-
ad 32. minutum ultra 50um grad. eleua-
tionis Poli adsurgit, & ab antiquo suo oppi-
do *Laubach* s. *Labach*, vt alii, nescio quod
fundamento, vocant, adpellationem habet
atque Illustrissimae pariter & antiquissimae
Solimensi Familiae commodissimum
inde a diuersis seculis exhibuit domicilium,
in colle elatiori exstructum. Nec ista
haec minus subinde pascuis, sat felicibus
& ad multas arbores commodiori humore
commeantium oculos pulchra viriditate
mulcet. Montium enim versus omnes
mundi plagas, ab oppido ipso paulisper
remotorum, atque collium dorso, quae
haec cum crebrioribus inueniuntur vallibus,
fruges, herbas & gramina monstrant
etiam frequentissime arbores, densissimas
sylvas, easque, quod praecipuum
est, succrescentes facillime. Ita haec fa-

in cuncta pro coeli ratione abundant, & quae per humanam necessitatem multiplicem defunt, illorū abundantia supplet, tantum non vel ex ferarum copia, vel iam mineralium regno exsuperat.

II.

Nec etiam dubium est, Quoad variū
in in propinquis collibus generis arbo-
res.
quas & querceta, quae ad-
erunt olim, pascuorum vtilitas, huma-
que exemerit necessitas. Et sunt quae
syluis crescunt arbores, nam de reliquis
cere nec locus permittit nec tempus, ut
urimum quercus glandiferae, tam an-
sae tantique roboris, ut vix istarum
nullas quatuor debitae proceritatis
ri, extensis brachiis, quod mirum, nec
men ab experientia propria alienum
, amplecti valeant. Ut ideo facile
tam maximis ramosisque quercetis
timandi sint ad propitiora sidera arbo-
foetus.

III.

Et quanquam, quod sae-
us intuitus sum, heic locorū
ius excrescant alni, qua-
m Cap. I §. XXV. plu-

Quoad alia,
quae Deus &
natura di-
stribuit.

ribus exposita est constitutio, non tam
 id ipsum miror ex rationibus mox in
 suppeditandis: cum aliarum arborum
 quas in praesenti ne nominare quidem
 cet, tanto vberior prouentus sit. Danti
 enim heic betulae ob candorem, alie
 que vsus clarae, insuper maximam sylu
 rum partem explent fagi vtriusque ge
 neris, quae nomine weis-roth-und hay
 Büchen apud nos veniunt; quarum cum
 reliquis tanta est copia, vt elegantissimae
 visui varietatem exhibeant glandesque
 istarum vberimum incolis suppeditat
 vsum. Sicuti vero generatim in praeco
 dentis capit. §. XXVI. exposui arborum
 naturam, quae praecipue in terra, aqua, sa
 le ac sulphure, inque istarum rerum po
 diuersa arborum specie rite proportio
 nata dispositione consistit: ita insuper
 hoc loco crescentes arbores alcalico
 sale abundare, & ars & scientia doce
 Sic DEVS, gloriosissimus solus, ὁ ὢν
 νόμους, ὅτι τὸ ἐν, αὐταυτὸς, αὐτοφύης, αὐτογενής
 αἰγύνητος, vt ab Ethnico rectissime voca
 tur, mundum huncce omnino sapientia
 suae tot tantisque beavit, ornauit & exor
 nauit donis, eaque mirifice distribuit! S
 qua

uae nonnunquam locorum ornatui vi-
entur decedere, ea rerum magis necessa-
arum vsibus compensauit abunde! Sic
ndiquaq; Deus prouidit, vt & de sua cui-
ue constaret clementia §. I. II, & quiuis
Vniuersi compage cognosceret, quod
hil bonitatis aut perfectionis huius inte-
ae constitutioni, modo penitus confi-
retur deesse queat!

IV.

peciatim terra Παμμήτης
ab Orpheo apud Por-
yrium dicitur, vti suos

Quoad exter-
nam superfi-
ciem.

pari modo producit foetus: ita heic
am maxime, partim ob coeli rationem,
qua antea §. I, partim ob interiorem
rae, quae subiacet, constitutionem,
nc specialius considerandam, peculiaria
orsus habet dona. Et haec quidem, cum
arrare vniuersa non liceat, potiora, imo
ae huc tantum spectant, breuiter nar-
re libet. Exterior puta ditionis super-
ies vti crebrioribus §. I. adfurgit non
eo altis montibus & collibus: ita com-
unis terrae nigrae hortense stratum,
od vocant, cum multa limosa ac lutosa

minera varios habet ac rectangulorum
modum formatos atq; diffractos lapillos
rubiae non raro mentientes speciem, quae
huic strato fodiendo, quam proxime in-
miscentur. Nec tamen exigua istorum
copia est, sed tanta in nonnullis locis,
vbiunque crebriores pluviae, vel etiam
aquae valles percurrendo exteriorem col-
lium denudarunt corticem, ceu adsole-
iustae adpareant lapillorum istorum foli-
ries ac strigae. Hae quoque se invicem
quasi parallela ratione, daß sie so zu-
 „ tissimus salis spiritus, debita operatione
 „ tractatus, in summam putredinem du
 „ queat, ita vt atramenti instar in col
 „ re putrescat, cadauerisque instar fo
 „ teat &c.

XX.

Calor subter
 raneus,

Hae omnes res, cent
 inesistentes, & aliae for
 san, quas summa sapientia nos ignorare
 voluit, eius saltem naturae adserendi
 sunt, vt vel ipsae naturalem calorem ha
 beant, vbi illorum sententia durior forsan
 videtur, qui ignes subterraneos & cen
 trales adserunt, vel, quod certius est, cal
 rem facile concipere & promouere qua
 rant; & hoc quidem per aquas perpetue
 e terrae superficie persudatorio modo
 centrum transeuntes, vel huius tantum
 fol

idiorum ambitum tangentes. Sic non
 um quae perpetuo ibi existunt, per fer-
 mentationis modum, alterabuntur, sed &
 maiorem redigentur feruorem. Pona-
 is enim fornacem igne vehementiori
 candescentem, cui, si successiue adfun-
 tur aquae, tantum abest vt, donec ignis
 rorem habet, calorem minuant aquae,
 potius istum praesentissime excitent
 multiplicent. Accedit aquas perpen-
 dulariter centrum versus penetrantes,
 & varias mineras, praesertim sulphureas
 & alias facile accensibiles, posse tran-
 sferre istarumque naturam dicto calori cen-
 tri adferre. Et quamuis aquae etiam
 marinae per destillationem & transcolla-
 tionem multas impuritates & partes non-
 nulas calorem istum mediterraneum fa-
 uis promouentes, vel in ipso maris fun-
 dore relinquere, vel in meatibus per cre-
 scentem decursum acquisitis, multum a-
 uertere debeant: nihilo secius istae tan-
 tum virtutis adferant veteranis dicto cen-
 tri inexistens rebus, necesse est, quan-
 tum intrinsecae fermentationi, & conse-
 quenter vehementiori calori, i. e. perpe-
 tue quasi viuacitati terrestri c. I. §. VI. suffi-
 ciat.

ciat. Quo deinceps ita excitato vehementissimo calore, non possunt non commotae insimul abyssi vires & foecunditates centrales, veluti e commodissimo receptaculo, quod cum sacratissimo Scriptore illam originalem abyssum & esse supra cap. I. §. IV. statuo, cum ipsa terrae rotunditate consimili, versus omni istius superficiei partes repelli &, quantum satis est, protendi. Et id quidem eo magis ac citius, quo aquae fortius ab aere, maioriq; illarum copia, atque rebus aliis centrum versus premuntur perpetuo, ac comprimuntur. Adsit enim porro, ut rem alienam obscurioremque magis claro ac palpabili exemplo illustrem dicta fornax calefacta, praesertim globosa; haec sane non potest non quaque versum per omnes omnino plagas suos perpetuo perflare vapores, ad solaris corporis modum: cuius caloris radii per omnes mundi plagas transmissos, palam vidimus, itemque inde totam aëris regionē illustratam, eamque, quod Baroscopica docent, varie expansam, totamque superficiem terrestri, quoad omnes vires amoe

noenissimam ac mire variantem sententiam
faciem.

XXI.

Nec ideo Solem so- Cuius princi-
modo istarum virium pium sol non
e principium ex non- est.

Illorum mente adserendum est: sed potius
illud ex abyssu inde venientes statuo
calationes, quarum ex antea dictis fidissimè
sol est ministra, Nimirum certo certius
ut, quo frequentiores habemus, caetero
paribus, per annum dies serenos, eo quo
plurimos fructus habeamus lactiores
vires, & si vllum, sane heic, locum in-
ducit illud rusticorum: *Sonnen-schein
bringt keine Theurung.* Vidimus id ipsum
exime in illis locis, quae vina alias da-
mnovalent; & nihil non raro, ut ut per optimè
culti sint vineta, vel parum profec-
t. Non tamen solum haec omnia
possibile esse credo; sed potius inde, quod
qui tempore multum sereno & ma-
gis calido, aërem immenso modo ex-
cedere solet, ceu itidem Baroscopis
constant, certissime, quemadmodum
mercurium in barometri canali, ita heic
calationes centrales ex abyssu sur-
sum

sum i. e. versus omnes superficiei partem
perpellere & mire sic foecunditates ter-
restres adaugere iuuat. Id tamen in v-
uersum ex almae naturae legibus diuin-
tus praescriptis est, vt saltem nemo causam
habeant cur de bonitate Dei conquere-
tur. Imo quo & altior erit aer tempo-
fudo & calidiori, eo etiam nocturno tem-
pore nimirum absente sole, parumque
aëreae columnae grauiate minuta, mi-
nor poterit ex altero haemisphaerio e-
halationum vtilissimarum copia. Vnde
videas permagnas e terra surgentes e-
halationum nebulas, gramina & her-
bas penitus madentes, quae, vt vt inges-
tes diem senserint solis aestus, sic sitie-
res, mox ex isto aptissimo foecundita-
tis fonte successiue, recedentibus so-
lariis, suas nouas semper nocturno
tempore, remotae ab illis, vehemen-
tius resumunt ac saturantur efficacius
quam ex quacunque, praesente sole, plu-
uia. Desinant itaque queruli homines
frustra & otiose curare, quae solus Deus
per optime curauit, in ipsa iam prima crea-
tione & penatiam illam foecundissimarum
benedictionum cellam, puta abyssum

non prius parauit & fundauit, quam
aturas reliquas, & sic quoque queru-
semperque Israelitarum frustra sem-
murmurantium more homunciones
cant potius, quid illa sacratissima ve-
verba, eaque paulo penitius expen-
it, quibus id ipsum * adseritur: non
erat Dominus Deus super terram, &
no non erat, qui operaretur eam, sed
s adscendebat e terra irrigans vni-
tam terrae superficiem.

XXII.

Verum enim vero haec Vnde fontium,
cula magis illustra fluminum, alia-
nino adparent, vbi rumque origo.
sideramus exhalationes istas in tali
portione adscendere, vt illae terrarum
res, en artificiosissimam Dei manum!
ae ob aeris motum, aquarumque pon-
faciliorem ac maximam pressionis ra-
em dent §. XIX, nec tamen exhala-
ibus centralibus ipsis habeant opus
ue ob dictam proxime vim premen-
illas admittere queunt,) nempe *ma-*
riti.

ritimae partes, ne minimam istarum
cipiant : contra reliquae terrarum fo-
diores regiones tanto copiosiores :
quirant exhalationes, quo remotior
non solum a maritimis illis fuit, sed
magis aptam per cap. I. §. XIII. rimarum
ac meatuum naſtae ſint conſtitutione
internam. Dantur inſuper exempli gra-
elatoria perquam multa in terrae ſup-
ficie loca, quae multum habent limu-
ac lutum, quod aquas antea deſcenden-
tes, & nunc in maiori copia adſcendent
per calorem dictum quaſi filtrare, tran-
colare ſolet, & faeculentias quaſuis aqua-
rum in ſe recipit, & ad alios infra dice-
dos uſus reſeruat. Hinc & lutum an-
quiſſimi Philoſophi *ſeminiū omnis crea-
turae* vocarunt*, & idipſum recentior
ex merito aquarum fomitem vocant.
Dantur etiam montes qui interius habent
procul dubio immenſas cauernas, meatus
& ductus varios, per quos aquae crebri-
tranſeunt cum aliis vniuntur, ceu tales
narrant KIRCHERVS, SCHOT-
TW

* Cap. I. §. V. ſupra.

75 * & scriptores, quos ne quidem no-
 mcare libet, alii. Ipse in finibus Fran-
 ciae scio lacum peramplum, de cuius
 funditate immensa vrinatoris cuius-
 n testatur relatio, & quidem existen-
 in valle depressiori, ad cuius littora
 tummodo mulieres aestiuo tempore
 m suum parare & tingere, vt dicunt,
Flachs zu rösten, solent; est autem
 em ad vicinos montes locaque paulo
 iora intra densiores syluas, adhuc alius
 modi lacus, in quo nunquam paran-
 aut parari possunt, lina: nihilominus
 en vir senex ac integerrimus mihi fac-
 retulit, quod copiosissime ibidem
 o aestiuo tempore conspiciantur lina-
 capita, aquis subnatantia. Et quan-
 m non opus aequae sit ex haecenus
 s, vt adscendentibus exhalationibus
 erraneis eiusmodi meatus semper &
 les certos attribuamus, quales qui-
 dicti interdum sibi immaginantur
 tores: solent tamen, vbi talescunque
 o admittere cogemur, rem clariorem
 K red-

reddere. Interea non raro miramur
 terdum in altissimis montibus aquas, fo-
 tes & flumina illustriora, quae solumm-
 do ex elatioribus locis fontes suos & fu-
 turigines sumunt. Et isthaec denuo fa-
 nihil aliud, quam praesentissimam
 prouidentiam produnt, ac demonstra-
 quomodo ista loca vi dictae proportio-
 quam respectu maritimorum locum
 beant, etiam donata sint suis conueni-
 tibus humoribus, quorum & rau-
 nes ex hactenus dictis peroptime co-
 gere licebit. Nullibi enim illorum
 placuit sententia, qui dicunt, in monti-
 fastigiis Asiae, Peruuiae aliarumque, et
 Europae nostrae, regionum, pluuias,
 ues, densas nebulas & humores quos-
 alios, ideo sentiri crebriores, quam in v-
 nis vallibus, vbi serenior semper tem-
 ries atque terra siccior adparet: quod m-
 tes attrahant aërem atque nubes. Qu-
 pe rectissime ex istis cum VARENIO
 quaerendum restat: qua facultate in-
 ciant montes? nihil igitur ad rem ist-
 qu

untur. Nec ex omni parte arrident,
se ipse Varenius habet, dicens: vapo-
& exhalationes in media aëris regio-
quam plerique pertingunt montium
tices, condensari in guttulas; moxque
orsum vergere incipere. Etenim vidi-
s interdum in vna eademque regione
ntes vel aequae altos, parumque inui-
i quoad altitudinem differentes, quos
r vnus tantummodo nebulis tectus &
oetuo fumans, conspicitur; ceu quidem
eiusmodi monte in sublequentibus
re libet, quatenam igitur huius phae-
neni causa est? Certo non ea sola va-
, quam laudatus vir prodit, sufficiant
um in praesenti isthaec indicasse, ex
us forsan, saluis aliorum sententiis,
or erit illa, de fontium ac flumi-
originibus, sententia. Vbi in Eccle-
e * supra mirati sumus verba: *omnia*
ina in mare intrant, nec tamen redun-
ad locum unde exeunt flumina, reuer-
ur, ut iterum fluant, in quibus voca-
m כּיּם in regimine positum, obser-
K 2 uamus,

uamus, ut ita subsequencia verba substitui rationem induant, & *itionem aquarum* perpetuamque istarum, perinde sanguinis in homine cap. I. §. V, integriterrae globum transudantium, circulationem indicent. Quae singula alibi Poëta sequentibus effert:

*Haec terrae occultas perlabitur vna
caernas,*

*Et fluit ac refluit semper, varium
saporem*

*Accipit: ut varia est tellus, per vira
cuius*

*Transit, sulphureumque & sulphur
mittit odorem.*

*Hinc aeterno quod tempore flumina
current:*

*Quippe suos repetunt fontes, iterum
que marinos*

*Ad fluctus properant, illinc rediunt
vicissim.*

*Hac abeunt, illac redeunt, & agunt
in orbem*

*Assidue, vegetantque ut sanguis
pora, terram:*

H

*Haec eadem facit unda lacus, crassas-
que paludes,*

*Nec non perspicuos fontes, puteosque
perennes.*

*Denique ab Oceano emanat vis omnis
aquarum:*

*Quascunque orbis habet. lymphas hic
edidit omnes.*

*Partim sub terra, partim supra in-
gredientes.*

XXIII.

Antequam vero id ipsū,
clarius pateat, exemplo
modum illustrem; neces-

De Exhalatio-
num varietate
& mixtura.

est, ut post commonstratum exhalatio-
nis ortum, nunc istarum variationes,
et mixturas ipsas atque alia ulterius
proferam. Praeter enim ea, quae iam
superius de aquosis effluviis dicta sunt, neces-
sit, ut, partim quoad interiorem mate-
riam, quam terrae abyssus §. XIX. conti-
net, partim etiam quoad regiones varias,
has adscendendo transire debent, mul-
tas variant. Vbi tamen quam maxime
de effluvia attentimus quoad sulphureas
et alias suas minerales vires, quas inde
portant, & ideo metallicolis *Witteun-*

K ;

gen,

gen, Berg-Witterungen vocantur. Quasi iuxta Beccheri * opinionem certo certiore, terrae superficiem attingunt, raro ita fortes sunt, ut arbores, herbas glebas, quin imo ipsos lapides quasi fulgure comburant; quae proinde a metallicis *Ausbrände* vocantur. Addit porro iusmodi exhalationes minerales interdum ob aliquot miliaribus viatorum vires petunt, & si contrariis qualitatibus agantur, pestiferae euadunt: cumque via intercluduntur, vi tandem erumpunt & hinc terrae motus oriuntur. Dubium enim nullum est, aërem in centro terrae excitari, ob magnam & flatulentam vaporum copiam; cui si per varios exitus intercludatur, vi eam erumpere necesse est, maxima interdum potentia ut totas nonnunquam vrbes peruertat & Dicat tamen quis, qui fiat, ut exhalationes maximam partem dispersae, tantos exhibere queant effectus? Respondeo id omnino nec difficile esse perceptu, nec experientiae contrarium: nimirum vis ista semper erit flatulentae vaporum subterraneae

rua

* Lib. I. sect. II. cap. III. p. m. 70.

in copiae proportionata, prout vero ob
iones supra expositas & adhuc alias su-
ioris superficiei partes attingit; ita non
est non haec consuetos terrae meatus
implere & novos insuper efficere, ob-
tum & flatum vehementissimum, tran-
sim agentem, sicque magis conden-
, & in apicem quocunque modo
cta, occurrentia corpora adurere,
forare, moxque cessante vehementiori
tu, quasi excauata & vacua relinquere,
eundem plane modum, quo in specu-
causticis vidimus radios condensatos
durissima penetrare corpora vel in
m plane materiae speciem mutare *.
quoque id ipsum in igne culinari vi-
de est, vbi auditoribus meis praeter alia
onstravi machinam singularem & plane
uam, qua mirum in modum augmen-
i solet ignis vis; ceu hanc quidem ma-
nam cum aliis alia occasione describe-
& curioso orbi, vbi aliquando de va-
ignem culinarem augmentandi mo-
dis

K 4

* Conf. Dissertatio mea de Speculis Causticis,
Jenae an. c1710ccciv. habita,

dis mihi sermo erit, communicare libet
etenim istius non solum ope leuiori igne
culinarem, sed & siphonis accuminati ad
xilio lampadis flammam, ad eundem m
dum, quo vitrarii & aurifabri solent flammam
in apicem directam & vitra & durissima
metalla fundere scimus.

XXIV.

Istarum specia-
lior constitu-
tio.

Insuper exhalation
istae, quoad externam
comprehensibilem speciem
metallicolis vulgo dicuntur, *ein Dun-
nhafter Brodem*, prout ipsi in antris, *in den
nen Schächten*, constituti, ad solares radios
obseruare possunt & referunt. Quanquam
vero ipsi solares radii, vel solo suo calore
antris imminentes, perinde vt in camino
videre est, impedian, quo minus heic fu-
mi, & illic exhalationes quaeuis recta in
auras exteriores atque coelum versus per-
gere queant: nihilominus tamen exha-
lationes istae sic quoad olfactus atque gu-
stus organa apprime distinguuntur: nam
vbiuis heic insolentem & nauseosum odor-
em & saporem, *eines wiedrich. Erd- und
Wasserhafften- herb- und zusammen-zie-
hendem*

den *Wesens*, ita praesertim *Greis*,
 atis aliisque viribus tinctum, sentiunt.
 ac etiam in metallicolis, istorumque
 moribus varia & peculiaria prorsus mor-
 um, hisque adnexorum symptoma-
 rum, genera a prudentioribus Medicis *
 per observantur, & mox infra obser-
 vantur, ubi de exhalationibus praesen-
 tibus in specie sermo erit. Videtur etiam
 subterranea temperies communio-
 nis aliquam cum exteriori & sublunari
 temperie, s. atmosphaera nostra habere,
 in scil. suo adscensu petit &, ad nebu-
 m modum, radiis solaribus receden-
 sis, denuo deprimitur; contra pluviiali
 apore, nocturno, frigidiori sentitur ma-
 dico frigidiori, non tamen illo, quo
 um simul est, sicuti hyberno tempore
 adsolet interdum, ubi itidem mox per
 sequentes longiores noctes humores e
 surgentes diutius & altius, tantum

K 5

noctur-

Vti quidem Experientiss. Dn. HOFFMAN-
 NVS, Medicinae D. & Prof. ap. Hallen-
 ses celeb. solet, in dissertat. quae metal-
 lurgiam morbiferam sistit an. c1710cc v,
 habita

nocturno tempore, surgere obseruantur
ab huius & fortassis quoque aliarum re-
gionum metallicolis. Id quod plurimam
partem ab illa §. XX. aequoris, interiori
centro inexistentes partes diuersimode
prementis, virtute esse censeo. Non enim
a solo frigore hyemali tempore, aut a
aestiuo, a solo aestu solis id esse puto, vt per
rei & flumina pene exsiccata obserue-
tur: sed potius ab alia causa, ab illa nempe
mutua inuicem pressione tum exteriori
tum interiori, quam merito commune
perpetuum Vniuersi aequilibrium voca-
mus. Perinde vt tale quid in microcos-
mo quoad continuum ac perpetuum san-
guinis fluxum & refluxum obseruamus
cei quidem cap. I. §. VI. & alibi indica-
ui. Imo quoque certo certius est, quod
aequilibrium istud commune in illustran-
dis ac certificandis aliis difficillimis pha-
nomenis, egregium quoddam subsidium
sit, ex quo plures saltem ac certiores, quae
ex qualitatibus occultarum asylo, peti po-
sunt rationes. Interea tamen exhalati-
ones istae quoad virtutes suas minerales,
sic grassiores, a sublunari etiam in eo diffi-
runt, vt ista vegetabilis maxime & sub-
li-

existat. Quantumuis etiam haec sub-
 aris de illa subterranea temperie par-
 ticipare queat & subinde participet; sic-
 nouam ventorum ac tempestatum
 oriam egregie firmare soleat. Quod
 em participatio isthaec, pro diuerso
 corum cap. I. §. XVIII. ratione ac dis-
 tione, diuersa admodum existat, mi-
 non est, nec vlla dubitatione caret:
 nim, quod in eodem capitis primi §.
 II. indicaui, officium stratorum terre-
 um, vt quasi cortices & cuticulae va-
 interiores terrarum partes foueant,
 eruent, ne intrinsecus & ille, a perpe-
 fermentatione exortus, calor cito e-
 ppat, inque hoc illoue loco amitti
 at penitus. Hinc plurimis in locis fit,
 non tam abarceatur externum frigus,
 in quod certius est, intrinsecus calor
 etur & conseruetur; parili modo, quo
 corporis humani partibus adsolet, quas
 timentis regimus togisque, pellibus
 ultis. Ex quibus insuper rite perpen-
 illa, quam in citata cap. I. §. XXV.
 rtatione mea dedi, * intensissimi fri-
 gioris

gioris an. cio 1000 ix causa redit. Vbi :
 re ipsum frigus habebamus , ceu quide
 ex recensita ibidem relatione constat, p
 plurimas dies pluuias fere perpetuas,
 uiores niues , quae exhalationes, e te
 exeuntes, parum continebant, sed eas co
 sipabant potius, quo minus sentiri po
 rant, expansis per madefactionem inter
 terrarum maximam partem stratis ,
 itaque istorum penitus inebriata quasi
 perficie. Posteaquam vero venti ino
 nato prorsus & impediolo modo Borea
 inter & Orientem rigidiores, regnare
 cepiebant, & quidem parum ante Mag
 rum festum ; non poterat non inter
 telluris ex parte regio, illa madefacta ,
 exterior penitus obfirmari, & crusta qu
 dam glaciali obduci : sicque suffocant
 impedire, quo minus interiores term
 calores inferne, calorem superne a so
 scilicet partim denegatum, partim min
 tantae pororum terrestrium obstructi
 ni respondentem. Vt ut autem funest
 sima frigus istud secuta sint exempla, qu
 ibidem ex parte narraui & mihi plurib
 enarranda proposueram : hoc tamen ce
 to certius est, quod ita ex naturalibus ca

euenerit; perinde ut eodem, quo habeo
bo, die XV. Ian. an. cio 1000 xiv. subi-
eum frigus, eodem, quem antea no-
aui, sufflante vento, ita intensum,
tiam 23. grad. Baroscopii mei mon-
ret, quod idem superiori dicta hyeme
a 31. gr. frigus, Climalis ratione maius,
nstrauerat. Quia vero elapsis retro
ous, licet valde nebulosis ac tristibus,
tamen pluuiosis perpetuo, excepto
alteroue die proxime antecedente,
ales praecipue indicata hyeme habeo
nus) nec terrae superficies, nec istius
rior constitutio inebriata ita est, ut
rmauerit quadam glaciali crusta su-
ficiem, & impediuerit, quo minus in-
iores egressi sint calores; ideo statim
nisi frigus istud, remittentibus mox
s impetuosus ventis vias, accedente
e inferne agentibus exhalationibus,
erne amoenissimo solis calore.

XXV.

Ex his insuper pa-	Istarum in me-
, quid de Planetista-	talla operatio-
o sententia, qua cui-	nes an Planetis
et metallo & minerali,	adscribendaet
metam adsignant, auctorem & caus-	
	sam;

sam; vbi nonnulli illorum, ceu ex ve-
 saepius laudatus, rerum mineralium pe-
 tissimus scriptor * dicit, tam impudenti-
 sunt, vt non erubescant publice adserere
 se in planetis cuiuslibet metalli signu-
 chymicum videre posse cum calore pro-
 prio metalli, & tandem addit: miror
 quod non etiam in sole leonem, in mari
 virum, in venere foeminam, imo lupum
 & salamandras viderint, quae obieci-
 quoque mineralibus tribui solent &c.
 Non enim h. l. perpendere libet signati-
 ras varias, quas natura e multiplici par-
 tium mixtura, & artifex ex istarum vari-
 compositione facile formabit; nec ideo
 etiam singula argumenta, quae inde pro-
 tuntur, leuia & infirma, vti in causa pro-
 pria cap. I. §. XXV. vocauit, ad examen
 vocare vacat: potius vt dictum vniuersi
 aequilibrium §. XXIV. itemque varia me-
 tallorum in terris latentia semina §. X
 istorumque, accedente interiori calore
 perpetuaque subtilissimarum exhalatio-
 num centralium agitatione, accretione

COA

* Lib. I. sect. IV. cap. VI. p. m. 249.

agulationemque, respiciamus necesse
 . Vtvt vero hanc materiam in prae-
 tium rimari non licet: dicendum
 men heic in antecessum est, quod eius-
 modi accretio metallorumque coagula-
 , nec ab illa ratione, quam Natura alias
 corporum productione obseruat, vt a
 ido ad solidum procedat, aliena fit, nec
 bium faciat, quin a generali exhala-
 num dictarum officio eueniat. Sicuti
 ro duplicem athmosphaerae nostrae
 æris, qui commune animantium & in-
 imantium refectorium & vehiculum
 , ceu vnius substantiae rationem, nota-
 us, vnā nempe grassiorem, soli-
 oribus semper mundi partibus vicinio-
 m, & alteram subtilissimam, quae, licet
 rporibus grassioribus magis ac magis
 mmixta; sit nihilominus haec atque re-
 uas ad astra vsque regiones penetran-
 mouet, mouendo subtilizat ac pro-
 llit, vt ideo etiam astralis & aethereae
 ostantiae nomine veniat: ita necesse
 , vt infra terram eandem aëris duplicem
 feramus rationem, scilicet ob subtilissi-
 am ac tenuissimam suam substantiam,
 nnia subterranea loca ita permeantem,
 vt

ut saltim ob dicta varia metallorum
nera & suam penetrandi, propeller
subtilisandique rationem innatam, vel
superiorem globi superficiem semper gra-
fior, magis heterogeneis particulis, aqua
scil. salinis, sulphureis & quibuscun-
aliis admixta, sub grassiorum vaporum,
halationumque variarum specie tand-
erumpat. Hoc igitur mediante vehic-
quasi nitrum, vitriolum, alumen &
denuo progerminare vidimus in terris,
hil istorum reseruantibus. Nec istud in-
miramur, quod idem quoque in nu-
suffimentis observamus, ex quibus in-
raro vestimentis tantus inhaerere so-
odor, qui diu durat: eccur non ex il-
locis, vbi multum bituminis, sulph-
ris aliusue materiae latet, esurgere po-
rit talismodi fumus & vapor, qui tand-
veram referat consistentiam? Imo o-
perientia constat, circa Norbonen-
Galliae littora salem candidum & sapio-
arborum foliis & graminibus insidere.
Ecquid mirum, si parili modo e profun-
dior

* Conf. du HAMEL de consensu Vet. & No-
Philos. p. 741.

libus terrae partibus, quae varia me-
 rum semina habent, *das oder jenes*
all oder Mineral, böse oder gute Berg-
n, in Vielheit oder Wenigkeit, pur oder
mischt, ticht oder zerstreuet &c.
 modi semper vapores elurgant; vel in
 rioribus regionibus, foueis & antris,
ichten und Stollen, als eine Wärme,
als ein Feuer, Blitz und Donner, per-
 vt in sublunari aëris regione obser-
 ur, saepius illos promoueant? Quid?
 si ipsae terrarum regiones inferiores
 osiora continent metallorum semina,
 m non est, vbi & istarū superiora stra-
 smodi naturae sunt, vt metalliferas
 ationes facillime attrahant, mox
 ficam istarum rationem referant, &
 tae fermentationis §. XX tandem,
 variis particulis impuris ac terreis
 c admixtis, veram nanciscantur con-
 tiam, & illam sic, quam natura amat,
 lo ad solidum progressionem. Nec
 t quis dicat, a sola idesse, vel quali-
 nque planetarum virtute, quorum
 fortissimi pariter & agitatissimi mo-
 o Vniuersi globum feriant. Nam vt
 tarum virtuti, maxime solis, nihil

derogemus, quae sane maxima est, ut quae
sunt cunque intra coelorum compage
salubria digerant & distribuat: nihilom-
nus tamen dictos vapores terrestres, (*Witterungen ob solche die Sonne und P-
neten Schein vermöge Luft und Wass-
mit ihren Strahlen eindringe &c.*) exim
originaliter deducere, cumque supra ad-
ductis Planetistis ideo cuilibet meta-
peculiarem adsignare planetam, est fi-
gere potius & multiplicare citra neces-
tatem obiecta, quam originales veritates
detegere. Cui porro destruendae senten-
tiae accedunt multae ac variae difficulta-
tes multaque phaenomena, quae facili-
si occasio admittat, in infimis terrarum
antris, *in denen Erd tieffen und Krüfften*
& alibi colligi possent; quorum alibi no-
ratio, nec tutum satis & euidens a plan-
tistis adsignari potest fundamentum. In-
terea tamen integer terrarum globus
quoad regiones varias suos habet hinc in-
de peculiare foecunditatis fontes foecun-
dandique rationes, accedentibus praeser-
tim variis terrestrium effluuiorum spe-
ciebus; perinde ut atmosphaerae regione
variae, quin & diuersi terrarum tractus
quato

tenus magis minusue a solis & planetarum virtutibus generalibus, quas negare audemus, agnoscere debent necessario: ut sic hoc certiori modo, quam analogorum more valere videatur illud metricorum effatum: *quod superius, de est ei, quod est inferius.*

XXVI.

Et saltem ex variis ad subterraneorum vaporum & exhalationum rationibus adnotasse

De istarum alia operatione vulgo *Ausvvitterung* dicta.

bit, quod non solum leuiora corpora etrent; sed & compactiora & solidiora uti sunt ligna & lapides, imo solidissima intra eiusmodi terras latentia, si praesertim non abssimilem cum ipsis corporibus mineralibus naturam agnoscant, inuadere valeant: ut illa dein, manente priori substantia, quasi peracta adpareant. Quid? quod post internam & immutationem non raro corpora quaedam, non nisi ab eiusmodi operationibus destructa & exesa, videntur.

Id quod etiam Cel. HOFFMAN-

NVS in laudata disputatione * innu-
menstrum inquiens subterraneum, c
vocat, seu soluens vniuersale aethereu
& sulphureum potenter diuidendo, su-
tilizando terras praeparat, impraegnat, i
que metalla vertit, nec non ipsa confect
non raro iterum destruit. Non infrequen-
enim est, venas metallis refertissimas so-
uente hoc subterraneo defraudari met-
lo suo, vti id testantur matrices congl-
meratae *Drüsen*, ab apibus veluti exsuctae
nec non minerae varii generis in calce
effractam redactae, quibus visis, sero se
accessisse, protinus ipsi fossiores conqu-
runtur. Et porro testatur hoc acido so-
uente saepius durissimos lapides monti-
nos exesos & in calcem cretaceam red-
ctos cerni. Quod vero in praesenti te-
rarum tractu, eiusmodi obseruentur spe-
cies itemque exhalationes sulphureae
acidae, denuo ab metallicolis comprob-
tur, quando referunt: *sie bestehen zus-*
derst in einem groben Erd-Wasserhafften
Frischen Brodem, ist sehr magnetisch, sic
nac

h alcalischer Erde und Sale zu ziehen,
 der Glisch oder mit flüssigem alcala-
 angefüllet &c. Vt ideo mirum non sit,
 minerac ferreae heic locorum nonnun-
 um excauatae cum magnis foramini-
 inueniantur. Imo ex capite demum
 sequenti constabit, quomodo ligna,
 loco inuenta, prostant, quae extrin-
 as ferrea minera circumcirca obducta,
 as vero excauata penitus sunt, *als mit*
en Rost und Molm inwendig durch und
rogen, ita, vt, quae partes alias durio-
 in ligno, ceu nucleatae, existunt, peni-
 destructae videantur; & quae mol-
 es, ceu quidem cordices sunt, prorsus
 ea minera obductae adpareant. Id
 id tamen nullibi vidi in partibus ar-
 um annosis, sed tantum ramosis, quae
 si canales referunt, vt id quidem suo
 o commonstrandum erit. Ideo porro
 referenda sunt, quae laudatus auctor
 et, quod menstruum hoc subterra-
 m sulphureae acidae sit naturae; id
 id liquidissime patefaciunt minera-
 quarumuis praeparationes, dum il-
 alcalinis salibus fixis, sulphur & aci-
 absorbentibus, institui debent, quo

fundi & purior metalli portio ab inutili
sequestrari queat.

XXVII.

Quae inde ve-
niant alia e. g.
terrae motus
& ignes &c.

Qua considerata exha-
lationum natura, item quod
motu istarum perpetuo &
rapidissimo §. XIX, quod
interiores telluris partes atteruntur, diu-
duntur & subtiliscentur, moxque in altum
euehuntur; mirum non est, si in profun-
dioribus terrae antris & fodinis interdum
sintiantur ignes ac flammae, imo ingem-
tes fragores, tonitrua quasi & eructationes
ignium, ceu haec omnia non raro in monti-
bus igniuomis obseruantur cum singu-
lari horrore. Potest enim alias solus spi-
ritus vitrioli melioris notae cum aqua
communi commixtus, quendam calorem
excitare; vbi mox illum iniectae limaturae
martis in tantum non solum augere so-
lent, vt tota massa in vas e. g. vitreum ro-
tundum exiguae capacitatis, quale ego
quidem adhibui, infusa & paulisper ad can-
delam calefacta vix tolerabilem exhibe-
beat, sed &, vitri orificio leniter adhibita
candela, horrendum prius ad vitri fun-
dum

im penetrantem & dein' esurgentem
 at fragorem, bombardae, etiam ma-
 ris, fragore non minorem. Quid? quod
 petus iste tantus est in descensu pari-
 & ascensu, ut vitreum vasculum, si
 mpe copiosiores vapores eius vires su-
 rant, iustoque minorem habent exi-
 m, in innumeras particulas diffiliat, &
 aegrauem odorem excitet. Cum autem
 haec haec dicta omnes istae partes in
 terioribus terrarum regionibus, heic
 ue copiosiores, occurrant; ecquis in-
 non videt flammaram subterranearum
 dictorum non modo in montibus igni-
 mis phaenomenorum causas? sed &
 ctationum horrendarum rationes, qua-
 in nostro tempore experti sunt proficif-
 ntes in mari nuper demum Aegeo, an-
 scilicet cio 1000 VII. die 23. Maii? Vbi
 est maximam ignium eru ctationem,
 ndentiumque lapidum, ad 4. aut 5. mil-
 rium distantiam circumuolitantium
 gorem, cum notabili, intra paucos
 enses & dies, amplitudine & altitudine,
 asi noua insula videri coepit. Provt
 idem noui istius Vulcani furorem Dn.
 DVRGVIGNON p. t. Gallicae natio-
 L 4 nis

nis in Candia Consul, ipse pluribus adno-
tauit, & Dn. FERIOLO Christianissimae
Regis Legato extraord. Constantinopo-
lim misit. * Et vt haec ita cum haecenu-
dictis apprime concordent, necesse in-
simul est metallariorum audire experien-
tiam, quam in hac re valde aestimo. Qua-
re cum nuper demum virum talem me-
cum haberem, ipsique meam haecenu-
expositam mentem, insimul cum heic in-
dicata historia exponerem, ille sequenti
ad me rescripsit: *die Historie von Er-
sprudeln ist auf meiner Rückreise von Gie-
sen mein Zeitvertreib gewesen, zumab-
len mir eines und anderes beygefallen, so sich
appliciren lasset - - - und ich am Hartz-
und in Sachsen &c. an erschrocklichen gros-
sen Berg-Höhlen mit in befindlichen grossen
Sumpffen, auch aus einem brennenden Stein
holen Berge gesehen. Hievon kan ich mir
nun die Ursachen des brennenden-donnern-
und krachenden Vesuui, und der Aegei-
schen Erd-ebuliren und andern Erd-be-we-
gungen ziemlich vorstellen. Worbey mir
doch*

* Conf. Elem. mea Geograph. Generalis p. 59.

ich in allerwege der Archæus (sic enim an-
no more loqui amat,) terrae alkali und
idum als ein feuchtes Δ er, welches auch
compacten Cörpern, ohne die eusserliche
g-Lufft, das seine unsichtbar thun kan;
in Erlang der Tag-Lufft aber und in bey-
n nitrosischer und sulphurischer Fixer
d flüchtiger Dinge entsetzliches Wesen
richten kan, gleichwie am Vesuvio ge-
siehet, und dorten (an erzehlten Ort) ge-
hen ist, zum Grunde bleibet. Disz un-
otbare feuchte Feuer, welchem kein Ele-
nt schaden kan, (Wasser und Erde neh-
mes nicht in sich und sind vornemlich das
spectaculum desselben: Lufft und wesent-
o Feuer seynd dergleichen und entste-
vorhero aus jenem, gradiren, movi-
und treiben endlich als stärkeren jenes,
(schwächere) scheint im gantzen Erd-
en zu seyn, doch nur in superficie des-
en sichtbar zu werden, oder in wesent-
o Feuer zu gerathen: weilen alda die
-Lufft am füglichsten dazu kommen,
hes bewegen und entzünden kan. Denn
er und Wasser seyn still unbeweglich
ersticken ohne eusserliche Lufft &c.
quantum nunc isthaec cum prioribus

conueniant, ipse B. L. commodissime co-
iudicabit, qui insimul tristissimos terra-
motus, & in his occurrentia phaenomena
ex variis historiis perpendet penitus
nec non ea, quae capite II. sequentur;
porro considerabit quantae astorum, praeser-
tim solarium radiorum in apicem ad-
astorum, virtutes sint, vt etiam solidissimis
suo velocissimo ac fortissimo motu cor-
pora moueant, diuidant & prorsus quae
ad suas species permutent. Quae tamen
postrema vti notissima sunt, nec facili
dubitationem linquunt, quin circa haec
et alia, vt & minerarium alterationem istarum
rumque in competentem specificam fixa-
tionem & meliorem & citiorem, quam
ars supra docuit, mediante interiori fortis-
simo isthoc agitatissimoque exhalatione
num motu: ita & vltcrius heic vrgere
non libet.

XXVIII.

De istarum spe-
cialissimis qui-
busdam huius
loci effectibus.

Quod si porro ars, vt
etiam solus ignis calor
non raro acidorum salium
norumque motu fixiores
metallorum particulas soluere & in altum
propellere valet, ceu quidem id recens
expe-

perimentum docuit, necesse est, ut
 ito magis ope caloris & menstrui sub-
 stanci, longe procul dubio agitationis,
 fiat. Ab his itaque iuxta Celeb. Hoff-
 mannum in fodinis surgentibus minera-
 rum metallorumque sulphureis exhalati-
 onibus pessima mala incurrunt miseri
 operarii. Atque inter haec praecipua
 respirandi difficultas & suffocatio.
 Id quidem multo magis debet acci-
 dere, ubi in fodinis subterraneis maiori
 effluuiorum sulphureorum aer
 fertus est; hinc esse innuit, ut artifi-
 ces in iis laborantes, vehementi angu-
 pressi, prope suffocentur, altoque &
 irioso spiritu aërem ducere contem-
 unt. Qui igitur effectus omnino perpe-
 ra venenosa miasmatum qualitate sem-
 per deducatur; utpote qui, uti egregius
 monstrat, magis copiae effluuiorum
 tribendus est: ex commotis enim a-
 poribus mineris spissae mineralium par-
 ticularum nubes eleuatae, totum foueae
 continent spatium & posita cuiusuis mate-
 riae impenetrabilitate, materiam aëris
 vilem, respirationi aptam, expellunt,
 hinc loco laudabilis aëris effluuia sul-
 pha-

phurea metallica inspiratione in tenuissimas vesiculas pulmonales illabuntur, quae spirandi angustiam inferunt. Sic sanguis orbatus particulis subtilissimis elasticior minus sufficit rarefactioni, expansioni seu spirituscentiae vitali; hinc cor languidius pulsatur, vires conuellantur & retardantur tandem vel penitus cessante humorum circuitu, tota corporis machina labefactatur vel corrumpitur penitus. Et haec talia paucis interiectis, vltius probat cum Neapolitana illa cauerna, quam etiam PLINIVS refert * nuncupata ab indigenis Grotta de l'Cane, ex qua fumosa tenuis sed sensilis emergit aura, & manu sentitur calor modicus; in huius fundum, qui vix decem circiter pede distat ab area, si canes vel alia animalia viua immissa statim anhela in conuulsivos motus, mox in spasmum, tandem, prostratis viribus, in deliquium, hiantem ore, moribunda decedunt. Nec ab historica relatione alienum est

* Lib. II. cap. 90. Conf. Bernh. CANNONI in dissert. de mirabili viuentium interitu vbi effectus istos pluribus deduxit.

dari adhuc aliae cauernae, quae miros
dunt effectus, quos recensere in prac-
ti sublestum est. Vti quidem in eadem
ione haud procul a sinu Lucrino, La-
Auernus reperitur, ex quo adeo le-
lis foetor exhalare dicitur, vt aues
nes supra euolantes mortuae decidere
antur, vnde etiam Auernus graeco
s h. e. auibus carens, vocatur. De qua
erna iam suo tempore VIRGILIUS
ntionem facit. * Interea notabile
non tantum in crypta prius dicta
riori, sed etiam in antris subterraneis,
aër effluuiis refertus est, candelam ac-
tam statim extingui. Quae haëtenus
ucta, vti de exhalationibus maximam
em in genere notanda sunt: ita, quam-
non semper in eodem heic illicue ter-
m modo ac gradu sint, in praesenti
tatione, vbi de variis illarum effecti-
bus

Lib. VI. Aeneid. Conf. Dominicum TERIL-
LVM Philos. ac Medicum Venerum, in
tract. *de causis mortis repentinae*, vbi p.
m. 40. adhuc alia eiusmodi antra & pu-
reos, etiam recens in Italia exortos, re-
fert.

bus sermo esse debebat, negligenda ha-
erant. Praesertim vero cum ex fide dig-
metallicorum huius regionis, quam e-
ponere supra institui, relatione constet
quod compares effectus non raro, si mo-
do a letatibus illis ac tristissimis reced-
mus, obseruentur, vti quidem *das Lick-
und Feuer dämpffen, allerhand schädliche
Haupt- Brust- Bein- Flüsse, Geschwultzt
und Wehe-Tagen, Zahn-Wehen, Keichen
Tampff, Angst und Bangigkeit, Aufdünst
des Leibes &c. das Schautrend mache
kühl feuchte Metalla und Mineralia in U-
und Abwachs zu bringen &c.* De quo v-
timo exhalationum effectu iam supra o-
xi, nec de aliis tacendum est, quod tan-
tae etiam efficaciae exhalationes, *die W-
terungen*, sint, vt corpora humana inu-
dentes misere torqueant, nec durationes
istorum vix ad quadragesimum vsque
permittant annum. Essentque adhuc plu-
ra, quae heic moneri deberent, nisi haec
ipsa indicasse saltem in praesentiarum su-
ficere videantur.

XXIX.

Cur Exhalatio-
nes e. g. aquo-

Quemadmodū vero in
praecedentibus, & §. XXI
adse

erui, per eundem in-
 num calorem & fer-
 ntationem perpetuam
 , vt partes aquosae e-
 tro versus exteriores terrae partes non
 do excitentur, sed & vel per adfuetos
 el meatus vel vias alias, quas maior
 per minorue excitandi vis aptiores
 dit, quaquā versum expellantur: ita
 m tanto copiosiores istae *ἀναθυμῶν*
 ientur, quo se aptius in hac illaue su-
 ſicie regione superius insimul exhibe-
 stratum. Et vbi hae ipsae tandem mul-
 limum & lutum, integro fere strato
 ixtum offendunt; necesse prorsus est,
 eiusmodi strato, quasi in receptacu-
 coeant suamque spiritualitatem, &
 cunque ex inferioribus & infinis ter-
 in partibus secum ferunt virtutes, de-
 ant. Hinc etiam ferrum exinde co-
 posse, non modo supra probaui, sed
 n & alia magis proficua inde parari
 e, maximasque, subinde in physicis ac-
 ac medicis exhiberi vtilitates, in vul-
 constat. Neque tamen, quod adhuc
 endum restat, aquosae istae exhala-
 es in solis locis depressioribus obser-
 uantur,

uantur, ibidemque a limosis terris soluto
modo colliguntur; sed etiam easdem co-
seruamus in praealtis montium cacum-
nibus, imo in illis non raro, quae in certis
regionibus, quasi aduersas Natura semper
amaret vias, altiores sunt reliquis. Hinc
etiam prae aliis semper pro tempestatum
constitutione fumant quasi, & veluti tu-
guntur nebulis continuis. Et, si penitus
istos intueri libet, adparebit, illos ipsos
esse, quorum vel radices, vel trunci, si in
medias montium partes vocare liceat
imo summa cacumina viuacissimos inter
dum fontium, fluminum exhibent scatur-
rigines & inextsuperabilis altitudinis pal-
des, qualem iam antea adlegauimus. Hinc
scaturigines in permagna versus omnes
mundi plagas & maxima excrescunt ter-
rarum flumina eo, quo supra plane dictum
est modo. Vt nihil dicam de S. Gothae
di monte Heluetico, nec etiam de aliis
quos ex Geographicis scriptis cognosce-
re licet, qui notabiliora spe fluminum
formant: sed tantum nostram hanc
ipsam, qua de loquor, regionem libere
paulo altius rimari, quia idem plane pha-
nomenon heic obseruo. Sic enim Lan-
sup

ra adductus, qui propugnaculum no-
m heic Gießae praeterlabitur, fluuius
tur, referente doctissimo quondam
ademiae nostrae Philosopho & Theo-
o Cunr. DIETERICO *, in Hassiae
erioris parte occidentali, in confinio
nitatus Nassouici & Witgensteinensis
pe saxea altiori montis syluestris va-
imi *das Rohthaar* dicti: e cuius mon-
adicibus iuxta quatuor mundi pla-
quatuor etiam, qui mirabiliter fin-
ris & singulariter mirabilis naturae
s est, scaturiunt fluuii Hassiae non
biles. Praeter siquidem Lanum, qui
rientem ebullit lapide vno vel altero
usdem fonte *aufm neuen Ohr*, meri-
n versus *Dilla* oritur, quae comitatum
ouicum, Dillenburgam, Nobilissi-
n Nassouicorum comitum sedem &
ornam irrigat. Iterum ad occasum
dem montis *auf der Säuspitzen* scatu-
gena, quae anfractibus suis Sigenam,
re Westriacae syluae oppidum, a
o praeterlabente sic dictum, petit &

M

inde

inde per Colonienſem agrum ad Rhenum accelerat. Denique vno atque alio bombardae iſtu a Sigenae ſcaturigine in ſeptentrionali montis latere *an* *Benſſe*, *Edera* proſilit fluuius & limpida aquae puritate piſciumque multitudinem ac varietate ſcatet. Et quidem fluuius noſter Lanus, de quo ſermo eſt, multorum oppidorum moenia tangit, amoeniſimos perfluit campos, nec hinc inde aqua praeter Embſenas, ſaluberrimis caret, in quod recens quam maxime miramur fluuius marmoreas coloris elegantiffimis permixtis venas ſubinde prodit, & tandem, acceptis hinc inde permultis riuulis ac fluuiis, ſupra Confluentiam ad oppidum *Löhnſtein* in Rhenum ſeſe exonerat. ſic denuo habemus exemplum, quo conſtat, notabiliore fluuios originem ſuam ex altioribus nanciſci locis, vel quod idem eſt: loca illa reliquis adiacentibus altioribus frequentiores habere humiditates; quod infra tamen clarius adhuc fiet, ubi eiusmodi montem, & confinio conſpiciendum exhibiturus ſum. Ne autem quis dicat naturam, optimam matrem, videri ſic veritate rei contrario modo agere; ſciendum

m est, omnino id & optima & naturae
 uenienti ratione fluere, nec non infi-
 ae & plane diuinae sapientiae, quae ita
 idiffimos montes suae gratiae partici-
 fecit, testimonium cap. I. §. I. dare, &
 dem tale, quod ex eodem capit. §. XI
 to certius est, quo altiores eiusmodi &
 diiores nonnunquam in terrarum am-
 i existunt montes. Nimirum primo
 o certius est ex Cap. I §. XII mon-
 ante diluuium extitisse * praealtos, qui
 adductas leges hydrostaticas ita for-
 ti sunt, vt ob partes inaequali ratione
 endentes solidiores, grauiiores, vti sunt
 rosae, mirificam non minus, quam in
 genere perfectissimam Cap. I. §. VI.
 ae globo post creationem statim addi-
 nt faciem. Nec porro id a veritate
 num est, quod isti ante diluuium exi-
 tes montes, siue nudi extiterint, siue,
 id magis credibile, graminibus aliis-
 rebus leuioribus proficuis tecti, per
 diluuii aquas ex abyssu pariter & su-
 ae venientes, denudati primitus
 M 2 fue-

fuerint, & tertio disrupti varie ob
 quarum limosas & lutosas partes omni
 eleuantium hasque varie agitantium con
 nuationem: sic tandem per ipsam ist
 rum secessionem vel potius depressionem
 denuo non potuerunt non montes p
 mitus existentes limo isto ac luto, ante
 per aquas excitato, recens tegi, *gleich
 bey eine Verschlemmung.* Vnde non s
 lum strigarum in nonnullis locis obvia
 §. IV. & stratorum ex parte rationem h
 bemus, sed & cur non omnes montes ex
 hibeant eiusmodi exhalationum nebul
 vtvt in vna regione existant? Hi eni
 ipsi montes, perpetuo fumantes, ex ill
 rum uumero sunt, quos merito *antedi
 uianos* voco, variasque in ipso non solu
 diluui conuassationes dicto §. XII. pe
 pessi sunt, sed & e terra emotas mire
 mosas lutosasque partes, hinc inde nata
 tes, impediuerunt, attraxerunt, vt qua
 nouum tegmen lutosum exinde acciperent
 id est illud limosum, quod ad fungi m
 dū, vel vt clarius dicam, instar alembici
 clibano cum tempore humores ex abyss
 imposterum ad mundi usque finem exc
 tandos colligere, & per longissimos can

ac valles maria versus deriuare debe-
 . Quod vero montes itidem antedilu-
 ni dari possint, qui non aeque fument,
 fortassis ex eo est, quod eiusmodi no-
 m tegmen non acceperint vel in dilu-
 ipso, vel post istius cessationem. Ne-
 em & heic quid frustra posuisse vi-
 r, sciendum est, attestantibus me-
 icolis, sub ipso hoc limo & luto rigi-
 imas offendi petras vt vocant, *wil-*
Gebürge und Felsen, quarum nonnul-
 in nonnullis locis superius stratum at-
 guut *zu Tage ausgehen*, vt metallur-
 oquuntur, *bey Absinckung auf solche*
rd aber niemahlen Eisen-Stein gefunden.
 ontra vero nullae eiusmodi petrae in-
 iuntur supra saepius dictum limum &
 um & supra, quod merito dicimus, fer-
 rasterras. Ex quibus nunc certo con-
 dendum est, quod eiusmodi limosae
 rae per defluentes in diluuium aquas in-
 superiores petrarum rimas congestae,
 serint & quidem in vna regione magis
 m in altera: imo etiam pro fluminum
 one, in hoc copiosius, quam in altero
 nte. Item, *von denen Ströhmen an den*
em Ort in mehr Vielheit, als dem andern

angetrieben, und dasz darinne allein der
Eisen-Stein waehse, wie denn das übrige
wilde Felsen-Gebürge gar keine Art (we-
anderwärts uf Eisen-Stein zu finden) ab-
zu hat. Et quia haec quotidie dicti me-
tallicolae probant, ita dubium non est
quin nonnullorum montiū, antediluvii
scilicet, per varias in diluvio acqui-
sitas rimas quotiescunque interiores
dumoreis agere incipiunt, densissimas
nebulas monstrant, & quasi, quod co-
monstrandam erat de nonnullis tantum
intra tam varios montes fumare inci-
pant.

XXX.

Exemplum no-
tamus in mon-
te Dinae.

Tale habemus exem-
plum in vicino monte Di-
ni vel Dionysii, siue ut
alii volunt Dinae quasi Dianae, cui an-
tiquae gentes heic locorum cultum exhi-
buisse dicunt, in Tab. II. Quicquid ta-
dem de nomine istius montis, qui in He-
ssiae & comitatus Nassovici Weilburger-
sis confinio existit, vix vno tantum milli-
ari a nostra musarum sede distans, certum
dici queat, hoc saltem certissimum est
quod ex istorum numero sit, cuius immen-

nentia

ntibus pluuiis apex confertis vaporibus
tegatur, vt etiam solus, inter varios
cumiacentes, accolis Baroscopii instar
rietates aëris & tempestatum indicet.
abet insuper mons dictus multa singu-
ia, quae, vti cum antea dictis adprime
ueniunt, ita, ne ex nuda aliorum re-
ione haec talia scripsisse videar, ipse
nc montem cum nonnullis ex audi-
ribus meis adscendere die sat sereno
II. Septembris an. c101cccxiij. decreui.
id quidem non solum cum in finem,
αυτοψία conuictus scriberem, sed ma-
ne vt altitudinem, quam mons respe-
a habito ad alueum dicti nostri Lani-
uii habeat, atque alia ad vsus alios in-
garem curatius.

XXXI.

Et ob hanc quidem cau-
m paravi Baroscopium
ab. I. fig. V. in itinere
ommode adhibendum,
quenti modo: nimirum

Vbi prius Ba-
roscopii am-
bulatorii de-
scriptio note-
tur.

bulum vitreum AB notabilis crassitie
eo tutius cum mercurio futuro moueri
dimoueri queat, adhibui longitudinis
digitorum; expedit tamen, vt ante

omnia indicem, quales heic adhibitos i
telligamus digitos, puta illos, quos C.
ROL. LVCA COSTA adhibuit
Barometro suo, & hunc ipsum diuisit
12. partes, siue, quod idem est, 402. gran
Et vt mutationes minimae Mercurii num
adscendentis, nunc descendens habeat
tur, granorum quoduis subdiuisi in
lineolas, vt ideo tota tubuli longitu
referat 4020 lineolas, cuius interioris c
uitatis diameter, vbiuis eadem = 14.
neolis: vnde ex Archimedaea inductio
integra dicti cylindricaeuitas erit = 6190
lin. cubic. Tubulum istum ligneo cuida
bacillo portatili, molliori vbiuis adglu
nato panno, indidi, cui insuper capsul
pro recipiendo mercurio, ex ebore pro
tornata, KGA adhaeret diametri inte
rioris LA = 66. dictarum linearum

/ // ///

profunditatis GA = 1 4 6 = 166. lin.
ideo totius capsulae cauitas sit = 56809
line. cubic. Quod si nunc ab istha
capsulae eborinae capacitate tubuli vitri

///

soliditatem = 3 8 = 38. lin. & quoad lon
/ // //
 gitudinem = 1 1 4 = 134. lin. & sic quat
 do te

totam spiffitudinem in quantum capfu-
 intrat = 151956 fere subtrahimus a
 us capsulae capacitate = 568052; tunc
 residuae cavitati mercurium descen-
 tem capienti omnino remanebunt
 96. linear. cubic. Quantumuis igitur
 curius descendere supponatur ad 28.
 ue dictorum digitorum mensuram,
 id tamen heic locorum vix obseruavi:
 lominus sat conueniens supererit spa-
 n. Ponatur enim mercurius in tan-
 a, vti dictum, descendens digitorum
 = 660. lineolarum; tunc secundū prio-
 ta eius descendentis columna erit =
 640, quae subtracta ab antea dicta re-
 a capsulae capacitate = 416096, re-
 quet adhuc spatium in capsula liberum
 14456, id quod sane pro mercurio li-
 e agente, sat amplum est spatium. Pro-
 vero multum interest, vt ne iusto
 s aut minus adhibeatur mercurii: ita
 altera parte admodum necesse est, vt
 commodior & adcuratior adplicetur
 la, qua mediante vel minimae mercu-
 dscendentis & denuo descendentis mu-
 tiones in isto ambulatorio Baroscopio
 nnotari queant. Quem in vtrumque

finem non solum in bacilli parte inferiori
 duplicem cochleam adhibui K G & M I
 quatum haec semper remoueri potest
 sed etiam in superiori parte J C ita ap-
 plicaui cochleam, vt simul pars bacilli
 D E pro futuris vsibus semper absun-
 queat. Huic etiam adscripsi scalam qua-
 dam elaboratiorem, quam Tychonica
 vocant, D O per circulos digitorum, iter-
 que granorum *παράλληλως* ascendente
 nec non transversales, commodissime (ap-
 plicata scilicet canalis lignei parte D
 vitro H B, cui mercurius inest) indicant
 lineolas, siue partes granorum decimales
 quotiescunque instituenda erit obserua-
 tio. Habet etiam inferior ligneus cana-
 lis A C marginem ampliorem J C pro
 lacuigatam, vt pars altera D E rite im-
 poni, & eius transversales circummoue-
 do ad mercurii vsque altitudinem quan-
 cunque adplicari possint. Et ne hinc in-
 de canalis titubare, sicque mercurium
 aequae ac mensuras ipsas turbare valeat
 insuper in bacilli superiori parte D E a
 lineam quandam rectam adornaui per
 dulum E F, vnde & difficultates istae
 quam optime cuitari possunt.

Hoc igitur praemuni-
us instrumento cum
nonnullis ex auditoribus
neis, huius vsibus adfue-

Cum instru-
mento hoc in-
stituta observa-
tio.

is, ipsam hoc die suscepi observationem;
z quidem post meridiem, quia ante istum
occidentales venti & gradus vix tertius
Thermometri felicem & a pluuiis sat li-
beram promittere videbatur tempesta-
am. Dabat tamen mox hora XII^{ma} tem-
estatem abunde tranquillam neque ven-
is, nec etiam vehementioribus solis radiis
turbatam; sed potius suauissimis vtrius-
que subinde vicissitudinibus tempera-
am, qualem omnino Barometrales alibi
observationes requirunt. Posteaquam
nunc ad Lani fluuii alucum mercurii alti-
tudinem tentauimus; mox illam inueni-

I II III

mus = 30 4 6; quibus prebe notatis mon-
tem versus perreximus, vbi ad pagum *Rod-*
heim vna ferme hora a primae observa-
tiois loco situm, inuenimus mercurium =

I II III

29, II, 2. Vt vt vero diuersae heic occur-
rant valles; nihilominus tamen singulae
multo elatiorem habent locum, quam
quidem

quidem fluuius dictus & nostra sic mu-
rum sedes habet. Perreximus porro a
proximam vallem, quam riuulus exig-
admodum momenti perfluebat, qu-
haud procul amni, quam Biberam vo-
cant iungitur; vbi mercurius monstrab-

/ / ///
29, 9, 3. Mox dorsum montis ipsi-
Dinae attingentes, habuimus mercurium

/ // ///
= 29, 6, 7. & tandem istius vertex ho-
ra fere V^{ta} referebat citius depressum

/ / ///
ad 29 1 3; vt ideo mercurii locus a-

	/	//	///
dictum Lani alueum	=	30	4 6
& montis cacumen	=	29	1 3

differentiam exhibuerit = 1 3 3, si-
quod idem est iuxta praecedentis para-
graphi indicatam scalae mensuram 153 li-
neolas. Debuissent in regressu & quidem
in prioribus semper iisdem stationibus
singulis, maioris certitudinis causa, eodem
studio observationes repeti; at vero in-
stans nox pariter & obiecta alia visum mo-
uentia, itemque corpora satis defatigata
impediebant, quo minus ex voto haec
Nec tamen in praesentiarum neesse erit, vt omnia, quae haecenus de artribus nostris adduxi, recens adducam probationis loca; hoc vnico saltim quoad obiectionis modum notato, fuisse omnino ante isthoc maximum diluuium montes in superficie terrae, quos Cap. II. §. XIX. antediluvianos vocaui, vel istos, desertim in petrosissimis locis, conuulsos statim, ac internus aquarum tor motu suo agere coepit Cap. I. §. exortos fuisse; qui deinceps ad eundem nemodum, quem §. XXIX. citato cap. II. descripsi emotas terrarum, in maxime limosas & lutosas, partes atterunt & sic diuersa superficie i strata, di- Cap. I. §. XV. XVI. &c. ratione, facipost aquarum decursum formarunt. In huc speciatim spectant quae cir. lo. de montibus istis dixi; quare etiam nirestare videtur circa istam veritatem, am vt vltiorem consensum metalli-

corum adducam, qui de praesenti regionis
 frequentia referunt : *Dieses alles kommt
 sonder Zweifel mit daher : bey der Sünd-
 fluth ist besagtes Holtz , addunt
 men haecenus arborum generibus
 speciebus recensitis quoque populum
 al-
 bum, an stehenden Bäumen verschlän-
 met und untergedrückt worden , we-
 cher Schlamm denn der jetzigen Farbe
 mancherley Leimen und Letten ist , we-
 cher auch zusagen in mancherley Far-
 ben geblättert auf einander lieget , w-
 solcher damahlen nieder gesunken : Di-
 ser kann nun damahlen freylich von jetz-
 ger Güthe und Schönheit , Reinigkeit der
 Farben nicht gewesen seyn , sondern
 von einem trüben Wasser nach und nach
 sich absonderende Erde , wovon das gro-
 be unten , das leichtere aber nach seiner
 Qualität sich nach und nach aus einan-
 der setzet. &c. Huc insuper spectan-
 quae supra allegavi verba & sic repeto
 So findet man auch unter diesen man-
 cherley Leimen und Letten wilde Gebir-
 ge und Felsen , welche vor der Sündfluth
 können bloß gestanden haben , derglei-
 chen auch an theils Orthen zu Tage aus-
 gehen*

hen, bey Absinckung uf solchen, wird
er niemahlen Eisenstein gefunden. Es
den sich aber keine dergleichen wilde
Felsen-Gebürge über viel gedachter Let-
z- und Eisenstein-Erde, woraus sicher
erkennen ist, daß besagte Leimen-Er-
mit der Sündfluth sich uf die Felsen
setzet, von denen Strömen, an dem ei-
z Orth in mehr Vielheit, als an dem
dern angetrieben worden, und daß
rinne allein der Eisenstein wachse,
dann das übrige wilde Felsen-Gebür-
gar keine Arth, wie anderwärts uff
Eisenstein zu finden, darzu hat &c.

XIV.

Nec porro necesse erit
nuc multa de arborum
rum fatis proferre, vbi

Adhuc alia ar-
borum istarum
fata.

desertim in ineffabili terrarum concus-
sione Cap.I, IX. moxque subsecuta rerum
universum perturbatione, & aquarum circa
eam ad tot in sacris descriptos dies con-
turbatione perpetua, sibi illa facilius quis
incipiet, quam quidem verbis erprime-
re valebit. Hoc tantummodo maioris
inspicuitatis causa notasse adhuc iuuabit,

arbores, praesertim in elatioribus locis a
montibus existentes, non in proiectione
per §. XVII. seqq. cap. I^m aequae inferiori
ac infima loca, vtv^t maximae antea fue
rint, debuisse occupare, sed tantummodi
ita intra varii generis terram contegi
Quascunque nunc terra ista virtutes &
semina vel primitus commixta habuerit
vel cum tempore hinc inde attraxerit, id
sane ex illo ditissimo martialis mineralis
prouentu cap. II. §. X. hodiernum co
gnoscamus; vbi illa non solum in locis e
latioribus ac montibus, calore subterraneo
atque aliis effluuiis mediantibus, gignitur
reperitur in venis, sed etiam sub caespide
summo, *wird am Tage geroffen*, vt metal
larii loquuntur.

XV.

Et metallisatio,
quae etiam ob
seruatur alias in
locis minus co
uenientibus,

Est tamen inter fata
ista praecipua metallisa
tio; vbi quam optime no
runt veri naturalium re
rum periti, quod, vti lo
quuntur cum laudato BECCHERO *,
neces-

* l. c. p. m. 254.

cessum sit, naturalia etiam principia, in
matrice, nempe semine proprio &
reptaculo misceri, sed ubi ea conue-
niunt, ac quo ambientur loco, parum re-
lat. Vbi & pergit vir omni hac in re
de maior: experientia testatur, sub-
terranea, imprimis metalla, extra mine-
ras, sed habitis requisitis misceri & pro-
ci. Historia pueri Silesiaci cum aureo
dente etiamnum in controuerso
est; circa partem anteriorem cerebri,
iusdam metallicolae, ramenta plumbi
fuisse, chronicon minerale testa-
tur. Quae alia ibidem prostant exempla,
non mitto, hoc vnicum adhuc notans, nu-
demum Dn. M. Io. Phil. HERTIVM,
Nidercleensem in vicinia, vi-
rum senem & ob singularem fidem & affi-
nitatem mihi honoratissimum retulisse,
ante aliquot annos cum liberis suis ad
mensam confedis, illisque inter alia de-
lectum aliquod bouis, recens mactati, ca-
pit comedendum obtulisse. Vbi statim
ius natu maior inter cerebri decocti
justificationem duri quid inconsuetum
tuit, quo eiecto ex ore, inuenit in ipso
cero cerebro purum putum peroptimi

argenti granum pisae cuidam aequale
quod non solum miratus est parens, se
& aliis mirandum exhibuit, donoque do
dit fratri suo germano Dn. D. Christo
phoro HERTIO, vtriusque Domus Ha
siacae, vt & Mogunt. aliarumque Archia
tro Experientissimo, Excellentissimo, qu
idem mihi narrauit.

XVI.

Praesertim me
tallifatio locum
habebit in lo
co, de quo heic
sermo est.

Quod si nunc in eius
modi locis, quae minu
videntur metallorum ge
nerationi conuenire, ita
generantur, mirum non

est, vbi in huius loci terra limosa & lutosa
multa ♂tis semina cap. II. natura partim
habet, partim commodissime colligit, §
XXII. imo ipsum ♂tem copiosissimum
profert, ceu quidem haec omnia pluribus
indicata sunt; ideo quaecunque olim ac
cepit corpora hisce virtutibus metallicis,
praesertim ♂libus, mediantibus exhala
tionibus, ibidem descriptis, circumdat &
impraegnat penitus. Accedit quod re
censita ligna alcalino sale abundantia, ad

♂tis

tis naturam facile accedentem, saltim
non contrariantem constitutionem
p. I. §. XXIV. & XXV. habeant. Quod
nunc haec indicato modo terris mar-
libus contacta, & sic a tempestate sub-
nari (*der Tag-Witterung*) conseruata
erunt, (solet enim isthaec maxime de-
uere vegetabilia, vti supra indicaui,
ae non amplius succum nutritium &
trimentum e terra habent); tunc me-
ante subterranea temperie, iam ita ex-
sita, quae quidem mineras suas inter-
m destruere solet, illa ligna & conser-
ta & indurata fuerunt. Constat enim
aliis circumstantiis, quod isthaec tem-
ries vegetabilia virtute sua balsamica
asi macerata, *gleichsam eingebeitzt und*
samiret, ad plura conseruauerit secula,
post istorum tandem defluxum, petri-
ata hominum reddiderit oculis. In hac
aceratione ista ligna quiesca perdu-
unt & à putredine, perinde vt caro sa-
macerata: nihil enim magis à putre-
e seruat ac praeferuat, quam ♀ mine-
e quemadmodum id ipsum ex multis
ysicorum experimentis constat. Nec
am in sola lignorum superficie haesit

Acidum, sed istorum interiora, ad mo-
 dum fere succi nutritii, lente perfluent
 cap. III. §. XXV, & quidem per ductu
 illos, quos saepius indicati inuicem
 cum alcalinis salibus ibidem ab iis con-
 caluerunt, maioremque subinde, integr-
 manente ligni substantia, quam lentum
 ille per fluxus minime turbare potuit, ma-
 turitatis, quasi gradum conciliarunt. Et
 hoc quidem tanto felicius, quo firmior
 ligni substantia fuit, illudque perfluens
 intra sua ligamenta recipere valuit: ubi
 contra molliores partes illud acidum
 vix continuerunt. Interea tamen quia
 in his mollioribus partibus nihilomi-
 nus exterior superficies antea obducta
 fuit crusta quâdam ferrea: tunc non
 potuerunt non interiores partes ve-
 hementiori flatu excavari ac perforari
 ceu quidem videre est in illo praecedentis
 capitis §. XXVIII. descripto ramo
 Debent enim alibi semper virtutes reci-
 piendae respondere recipientibus; ubi
 contra si illae fortiores sunt, tunc non
 possunt non istae turbari ac perturbari.
 Sic etiam lentae digestionis vel potius
 fer-

mentationes, non adeo sensibilibiter tur-
 nt ac perdunt elementa, quam fortio-
 . Hinc igitur mirum non est, si quan-
 ligna tantam acquisiuerunt consisten-
 m, vt & grauitatem, colorem fer-
 um, de quo cap. III. dictum est metal-
 um, *des ufs höchst gradirten Azris o-
 nlich roth-braun, oder braun-schwartz-
 t &c.* prout scilicet terrae ratio ma-
 minusue pura Azreas virtutes attem-
 are solet, & sic metallicas vires in fi-
 ri alculi specie consistere fecit; vbi con-
 acida illa vis vel vltro abit, *in die ge-
 hte Witterung*, vel ignis nonnunquam
 cute eiicitur.

XVII.

Quod si nunc in istam De aliorum
 ram, martialis prouen- consensu.
 plenissimam, proiectae sunt arbores,
 sic lento tandem modo induratae, nec
 rum est illas ad nostram vsque ae-
 rem remanere per cap. II. potuisse.
 desertim vero cum iam in superiori
 . III. §. XVI. & XXX. demonstra-
 n sit, quod arbores istae ante proie-
 ctio-

tionem in diluuiio maximo annosae ac modum fuerint, sicque deinceps tantum felicius intra terram conseruari potuerint. Nec etiam in praesentiarum ulteriori opus esse videtur aliorum consensu qui de re isthac plura scripserunt.

XVIII.

Adhuc nonnulla ex diluuiio maximo notanda.

His itaque considerati non possum non adhuc corollarii loco adicere quod vanissima omnino

illorum sit sententia, qui cum Isaaco PEYRERIO *, VOSSIO ** & aliis, diluuium maximum *uniuersale* tantum vocant ideo, quod *uniuersum* genus humanum in vna tantum illo tempore terrarum parte degens ac viuens, Noacho cum suis seruato, extirpauerit, non vero quod *uniuersam* terram, dicto superius modo, inundauerit. Hinc Vossius cit. loc. inter alia dicit:

* In Syst. Theol. lib. IV. c. VII. seqq.

** In Dissert. de aetate mundi cap. XII. & alibi in suis contra Georg. HORNIVM & alios scriptis.

cit: Longe itaque absunt à veritate,
 si existimant Noachi aetate per vniuer-
 sum orbem propagatos fuisse homines,
 si ne Syriae & Mesopotamiae fines for-
 te excederant. Vt vero diluuii inunda-
 tionem ultra orbis habitati terminos pro-
 pagamus, nulla iubet ratio, imo prorsus
 absurdum, dicere, vbi nullae hominum
 res, illic etiam viguisse effectus poenae,
 his hominibus inflictæ &c. Cui sen-
 tentiae ex parte favere omnino videtur
 Iacobus STILINGFLEETVS Wigor-
 ensis penes anglos Episcopus *. Verum
 iam vero vti hominum, tum temporis
 sententiam, calculum, quem erudite ini-
 supra laudatus Dn. D. Io. Guil. BEIE-
 VS Altorffinus Theologus **, iam repe-
 re non libet: ita miranda prorsus est
 doctorum virorum audacia, qui infinitam
 mentis vniuersi directoris sapien-
 tiam, quae etiam tanto iustissimae irae
 iudicio futuris hominibus peccatoribus
 ostendere volebat, vt & iram suam & gratiam
 sen-

In Originibus sacris lib. III. cap. IV. §. 3.

* loc. cit. p. 18.

sentirent , ne vllibi dicant cum stulto
in corde, *non est Deus* cap. I, §. II. & X
intra tam exiguos fines includunt. Adeo
expressum Dei verbum Noacho post c
luuium promissam, vbi dicit: *statua*
pactum .r. eum vobiscum. & nequaquam v
tra inficietur omnis caro aquis diluuii, n
que erit deinceps diluuium, dissipans omne
TERRE AM. Quae verba praesertim in fons
considerata adeo clara sunt , vt senten
tiam virorum istorum omnino falsissi
mam esse indicent. Vt nihil dicam o
clarissimis testimoniis, quae satis clare, ce
cap. I. §. XI. indicaui, cum nostro haec
nus recensito arboris trunco Vniuersali
cuiusdam diluuii sic dicti respectu Vn
uerfi globi terraquei , illius cap. I. §. II
seqq. creati, testantur de istius summi
perditione & aliis. In praesenti quidem
discursum meum finio & ex isto tandem
honoris & memoriae causa sequentia Or
phanotrophio, in cuius fundo praesens
arbor inuenta est, addo:

EN.

STO. QVONDAM. GENTILIUM.

LOCVM.

NVNC.

T. DEO. SACRVM. ET. EGENIS.

ORPHANOTROPHIVM.

AB.

ILLVSTRISS. ET. GRATIOSISS.

RIDERICO. ER-
NESTO.

COMITE. IN. SOLMS.

ET. TECKLENBURG.

IMMORTALIS.

NOMINIS. AC. OMINIS.

DOMINO.

STRVCTVM. ANNO. SAL. HVM.

CIO IO CC VIII.

LIMAEVAE. GRATIAE. NEC. CVM.

AEVO. DESINENS.

DIVINI. ET. HVMANI. CVLTVS.

MONVMENTVM.

NE spatium aliquod restet, lib
illud addere Megasth. Lib. III. In
ap. Clement. Alex. lib. I. Strom.

Ἀπαντὰ μὲν τοι τὰ περὶ φύσεως εἰρημένα πα
τοῖς ἀρχαίοις, λέγεται καὶ παρὰ τοῖς ἔξω ἑλλ
δος φιλοσοφῆσι, τὰ μὲν παρὰ τοῖς Ἰνδοῖς, ὑπὸ τ
βραχμάνων, τὰ δὲ ἐν τῇ Συρίᾳ ὑπὸ τῶν καλεσμέ
νων Ἰσδαίων: i. e. *omnia, quae antiquitus
de rerum creatione dicta sunt, etiam apud
eos tradita fuerunt, qui extra Gra
ciam sunt philosophati, quales apud
Indos Brachmanes, in Syria vero hi, qui
dicuntur Iudaei.* Quem notabilem lo
cum quoque GROTIUS habet in
not. Lib. I. de verit.

Christ. relig.

IOHANNIS GOTHOFREDI
GEILFVSII

DE

PROBATISSIMAE

ET

LAUDE DIGNISSIMAE

TERRAE SIGIL-

LATAE

LAVBACENSIS

Proprietatibus & Virtutibus Be-
zoardicis,istarumque proui-
do usu

TRACTATIO ET INSTITVTIO

breuis

Latinitate recens donatae.

ILLVSTRISSIMO
COMITI
AC DOMINO,
DN. CAROLC
OTTONI,
COMITI SOLMENSIS,
DOMINO IN MUNZENBERG,
WILDENFELS ET SONNENWALD &
GRATIOSISSIMO MEO DO
MINO AC COMITI

*Hoc quaecunque dedicat & sub
iectissime offert*

IOAN. GOTHOFREDVS GEILFVSIVS, D
Poliater Burzbac. vt & diuers. S. R. L
Principum Archiater.



I. N. D. T. O. M.

A Nimus non est, in praesenti
hac tractatione omnes terrae
figillatae in Wetterauia cres-
centis prope Laubacum, unde
nomen habet, virtutes bezoardicas &
cordiales apponere; multo minus, ut
symptomata, quae morbis subinde se co-
ntum instar in via proficiscentibus, adso-
nt, & non vno semper aequalique ac-
commodari possunt ac debent, modo, multis
valeratisque recenscamus verbis, in-
tuitu permittit ratio.

Praesertim labefcente hoc aevo, ubi
morbi saepius novas, vix antea cognitatas,
inducunt, & ita probant, ut etiam
obatas olim curandi vias inverte-
ant, & quod inde est, experientissi-
mos non minus ac prudentissimos in ar-

Medica viros illudere posse & cir-
cumnueire, adpareant. Libet itaque
praesentiarum dictae modo terrae
figillatae egregias & per triginta abhinc

annos vtilissime expertas virtutes, praesertim in morbis epidemicis, omni omni laude dignissimas, humilibus verbis, at vero argumentis firmissimis exponere, adnexo subinde usu necessario; & id quidem quam maxime ob communes usus, & ceteros, qui à Pharmacopoliis remotiore degunt. Sit itaque sermo,

I. De Globo Terraqueo ipso, tamquam matrice omnium, quae ad vitae conductae constitutionem, istius conseruationem, sanitatisque deperditae restitutionem spectant.

II. Hanc considerationem excipiat solida celebratissimae huius Terrae Sigillatae descriptio, & quidem iuxta quasvis proprietates, natales praesertim, & diuersos colores, ac conjecturalem, inde exaffurgentibus metallorum, profundè in terra latitantium, exhalationibus, solaribus, lunaribus, caeterisque metallicis venientem impraegnationem instituta. Mor

III. Sermo erit de provida terrae istius praeparatione, ut & medicamentis inde, ubi necessitas vrget, compositis. Ne autem quis heic à vera aberret via, dicendum erit

IV. De vero usu in morbis contagiosis, pestilentiosis, ceu sunt Pandemii, Epidemii, Sporadici, febres intermitientes, Cephaliae, Variolae, Morbilli, Dysenteriae, Epilepsia, Lypothymia s. Eclipsis, nec non Haemorrhagiae per nares, os, urinam, Haemorrhoides, Exulcerationes pulmonum, hepatis, renum &c. ut & Fascina, Philtra, & alia externa & patentia mala. Denique

V. De Utilitatibus aquarum, Terrarum Sigillatae montes transmeantium, atque fontium, quorum scatebras Illustrissimus COMES effodi & recens parari curavit. Quam intentionem optimam atque bene metam, ut ut non ex omni parte perficisse videar, nihilominus B. Lector non iniquo illam aestimabit animo; sed potius summi Statoris inaeestimabile diligetur artificium, & haec talia, ubi eorum necessitas postulat, inde composita medicamenta, grato semper accipiet animo, illaque in recensitis atque aliis corporis humani imbecillitatibus ad diuinum mandatum absque omni contemptu adhibebit; probe cogitans, summum coelum pariter ac terrarum Monarcham

ob

ob peccata varia homines, mediantibus
terribilibus morbis, ferire ita, ut vel sua
eo creaturas armet, vel permittat, ut innu-
meri & imperscrutabiles morbi illos inua-
dant; adversus quos tamen simul ex in-
finita & consolante sua gratia fortissimè
è terra remedia prodire jubet: quorum
subsidio, & non amplius miraculoso mo-
do, sicuti Hiskiam per ficorum empla-
strum, Tobiam per incensi iecoris pi-
cis illius fumum, & ligare & sanare
amat.

PARS I.

De Terra ipsa.

DEus non solum globum terrestrem
cujus peripheria 5400, & spissitudo
1720. ferme milliarium Germanicorum
est, ex infinita sua sapientia creavit, atque
illum in medio, absque vlllo fulcro immo-
bilem, fundavit, sed & aëre, non sterili &
effoeto corpore, atque igne, libere pen-
dentem, circumdedit & ita miscuit, ut
vna istarum rerum alteri cedere, spatio
umque permittere queat. Hunc insuper
per globum, aqua permixtum atque aëre

cir-

cumdatum , Deus ex immerita bonitate hominibus , ceu ditissimum penam, pandit , & in hoc agros pro futuris cuariis, aquas, ut ichthyotrophia, contentem terram , vt habitacula dent , & vas, ligna, sub libero suo imperio constitit. Et, quod magis est, terra isthaec quietis astralibus spiritibus , illo manè vniversali macrocosmico & igneo thereo sic efficacissime impraegnata est, per cepto modo non solum ad caducae constitutionem & durationem, sed etiam ejusdem refectionem, sanitatisque conservationem, veluti fertilissima & diuina mater , per communem summi creatoris legem, saluberrima germina , innumeras herbas, tot ac diuersis fragrantissimas, coloribus non minus, quam virtutibus calefacientibus, refrigerantibus, & singulos casus, & complexiones accommodatis , imbecillitatesque hominum mulcentibus, uberrime proferat. Praeterea cuilibet addictus Planeta, veluti patronus, olim obseruabatur, cuius ope nonnullae progenies Saturninam, aliae Iouianam, Martialem, Solarem, Mercurialem etc. nancisci proprietatem & secundum

ipſos planetas, quam maxime in his certis colligerentur ſignis, efficacioreſ operationeſ non abſque Sympathiae & Antipathiae ſuſpicionem habere videbantur & ſi in ipſis coloribus & odoribus notabiliter diſtinctae, prodeſſe. Dat etiam terra mineralia, valde neceſſaria, uti ſal, nitrum, ſulphur, vitriolum, alumen, antimonium (verum ſolis baſſamum) &c. ex quorum inexhauſta commixtione hinc inde in Europa egregiae oriuntur ſcaturigineſ ſubterraneis virtutibus varie tinctae, quae Acidulae vocantur, majorique ſecuritate (ſi modo non vlcerofae in viſceribus ſuſpiciantur diſpoſitioneſ,) quam illae aquae eliminatae Martis, ſpiritu Vitrioli & ſali paratae, aliue minerales clyſſi, ſi curatiua indicatione adplicantur. Siquidem Acidulae iſtae omneſ ac ſingulaſ ſub diaphragmate, jecore, ſplene, pancreate latenteſ obſtructioneſ ipſo facto ſoluunt, & à moleſtiis, quae inde proueniunt, variis, non quidem per opinatum illarum calorem & refrigerationem, ſed potius per alias virtuteſ innataſ minerales liberant, rigidoſque gypſeoſ, quin & tartarioſ humoreſ efficaciffime diſſoluunt, ſalia ſylueſtria domitant, & tandem per ſpiritum Vi-

col. martialem non tam stomachum,
 quam reliqua, minus temperata,
 etque Atoniam infirmata, viscera, ad
 convenientem crasin redigunt. Ejus-
 modi passim in Germania adhibentur a-
 liae, nuncupatim egregiae Hassiacae
 in vicinia temperatae, & non minus
 efficaces in Nassoviae tractu thermac Bal-
 micae & quae ad quodvis temperamen-
 tum & malum accommodatae Empsam
 habilitant, cum acidula emuro praefili-
 te calidiori, quae vel sola perse, vel jun-
 tum cum thermis intra istarum usum &
 tempus non aliter, & minori periculo,
 quam acidula alia ab illis, qui frigidas &
 colliores complexionibus habent, imbibi-
 tur; & id quidem quod 1^{mo} ob calo-
 rem haecce acidula non adeo rigida est,
 uti illa Schwalbacensis & Pirmonta-
 na, nec 2^{do} stomacho gravitatem, attamen
 majora 3^{io} anteriori thoracis parti
 frigidiore, adfert commoda, nec minus
 inique spleneticas, diaphragmatis, &
 hic conterminas, partes aperit, inde
 peccantes humores pro cujusvis
 complexionis & ratione per alium, uri-
 nem, maxime vero sudorem elicit. In-

super huc spectant longe illae thermae lateque celebres in tractus Moguntini atque Rheni confinio sitae, variae, prout magis nitrosae, sulphureae, aluminosae & Wisbadenses, quae suum calorem non ex subterraneo sulphure, sed repugnante habent, sicuti in spiritu Vitrioli, sali tartari infuso, efferuescentia, distentione, flammis, adustione, abunde videre est. Verum in genere (1^{mo} ex Balsamica virtute quam habent, focillant, 2^{do} consumunt magis ex congestione, quam transmissione, in habitu corporis collectos humores & 3^{tio} corroborant quaevis ad motum destituta instrumenta, nisi ex crebrietate existant rigida, aut calor actualis potentialem insitum exsuperet, qui tunc facile consumitur; denique 4^{to} istae thermae partem majorem sulphureae, aperiendo educunt biliosos & salsuginosos humores, & sitim illam ex salsuginosis humoribus, non vero ex interiori calore ac inflammatione ortam, extinguunt, si quando intra curationis dies aliquot mane in ipsis thermis ad 1. 2. imo & 3. mod. imbibuntur. Oportet autem curationem ipsam debita praeparatione institui, &

finiri

iri constantia, nec ullo modo illam
 gligi decet vitae procurationem in
 re, cibo & potu, motu & quiete, somno
 vigiliis, excretis & retentis animi pas-
 sionibus consistentem, quemadmodum
 mea & aliorum Medicorum institutio-
 pluribus videre est. Nec tamen in
 ce suppeditandis quiescit terra imprae-
 cata, sed ex ditissima sua amplius matri-
 unam post alteram abundantiam pro-
 it, & quidem ex metallis aurum cordi
 propriatum, capiti argentum, iecori,
 ni, ferrum &c. quorum ope tin-
 urae martiales, Ores & Dres paran-
 r, ut & meus sic dictus SANGUIS
 ARTIS, idemque Bezoardicum Solare,
 anare, Martiale &c. quae singula cor,
 put, jecur & lienem efficacius multo,
 am reliqua vegetabilia medicamenta
 rroborant, contra symptomata peri-
 llosa defendunt, & quae bona cunque
 istunt, conseruant, quae mala, arcent,
 o viscera dirumpi sinunt. Profert ulte-
 us terra pretiosissimas gemmas & Cime-
 uti Sapphirum, Granatū, Adamantem
 cc. ex quibus & aliis lapidibus in veteri
 testamento pectorale illud, secundum
 duo-

duodecim Israelitarum tribus paratum legitur non sine mysterio, quod scilicet Deus omnium Dominus Israelitae aestimare tanquam peculium suum & monile pretiosissimum servare, multo quominus velit, quam quis pretiosiores gemmas soleat, abiicere. Denique ditissima ista matrix nobis exhibet Terram, murum unicornu minerali affinem, quatuor usus vocat Sigillatam, qua de etiam in subsequentibus partibus tractare breviter libet.

PARS II.

Quae descriptionem Terrae Sigillatae exhibet.

MUltae ac variae Axungiae, Medullae, Margae siue Bolares terrae sigillatae, ab impresso sigillo sic dictae varia à solo natali pro diuersitate matricum sua nomina habent, vixque comprehensibiles operationes & virtutes. Vt luti Iapponica, quae Catarrhas, urinae profluvium, sanat, quo praesertim tympanites, *die Windsucht*, spectat II. Acedema, quae intra 24. horas de mortua corpora

ora destruit & calcinat. Tertio Da-
 ascena in vulneribus, scopetis inflictis,
 utaris habetur. Quarto Chia ex Asia,
 ae admodum pura & candida, exter-
 m cutem efficit laeuem, candidam &
 lde gratam. Quinto Nornwegica, haud
 ocul à Berga, regni illius oppido, ob-
 , alias Antiscorbutica audit, quia prae-
 is in scorbuticis morbis prodest. Sex-
 terra Martialis, quae maxime obstructos
 enses vel retentiones menstrui sanguinis,
 e quod idem omnino est, amissa Cata-
 enia sequiori texui reddit & è sanguine sa-
 sylvestria eximit, praecipue tinctura ru-
 ni coloris exinde perorationis solaris
 ritum parata. Septimo terra Oceana ex
 lia, quae tantum pro succo expresso ha-
 ur & pro succulata adhibetur. Octa-
 Melitaea ex Iasula Malta. Nono Tur-
 a à caracteribus Turcicis; Decimo
 genfis, à Striga Silesiae urbe sic dicta, &
 res aliae, quas in praesenti praeteri-
 & tantummodo Laubacensem ad Wet-
 aviae tractum obviam, breuiter confi-
 rare placet. Isthacc terra magna in
 pia invenitur ad Laubacum, Illustrissi-
 mi

mi Comitis ac Domini CAROLI OT
TONIS Comitis Solmenfis Domini i
Munzenberg, Wildenfels & Sonner
wald &c. Comitis mei ac Domini Gra
tiosissimi, sedem; estque oppidum hoc
ce sex miliaribus à Francofurto, & duc
bus à Giesla, quinque à Marburgo & Han
novia, totidem horis à Butisbaco di
stans, in peramoeno tractu gratissim
montibus, agris, collibus ac sylvis fruct
feris cincto, situm, ubi effoditur, & di
venditur. In hanc, quae humanis ocu
lis exilis videtur, terram sigillatam Lau
bacensem Deus & natura singulares vir
tutes Bezoardicas ita abscondidit & cir
cumclusit, vt in supra memoratis & ad
huc compluribus morbis, verum existat
Antidotum; id quod non tam ex Vitrio
lato, Nitroso, Aluminoso aut Sale alio
quorum nullum nempe per destillation
nem aut probationem aliam reperita
quam potius ex halitibus seu spiritibus vo
latilibus, penetrabilibus admodum & ex
citatissimis ortum trahit, partim solari
bus, Lunaribus partim, quin & Martia
libus è metallis immaturis, auro, argen
to, ferro &c. in imo, vt suspicor terrar
rum

in fundo ebullientibus; qui ab ejusmo-
 xungia quasi irretiuntur, figuntur, al-
 antur & exaltantur, vt mox ab Auri
 phure calorem rubrum, infusum; mox
 sulphure argenti glaucum, albidum &
 aliis alios colores, & hoc modo vir-
 tes Cephalicas, Cordiales itemque val-
 penetrabiles, resoluentes, obstruentes,
 nciscantur. Quarum deinceps, vere
 dinalium virtutum subsidio resoluun-
 (1.) omnes ac singulae tartaricae, ful-
 ureae, salinae in genere venoso scoriae,
 ntrectabiliter, (2.) efficacius, quam su-
 adductae (quibus suum tamen relin-
 mus pretium) Terrae sigillatae hu-
 res peccantes per vrinam & sudorem,
 non adspectabili modo, attamen inad-
 ctabili, eximunt. (3.) Balsamicam false-
 em intemerate conservant, nec non
 ob attrahentem paulisper, terreum,
 cciculum, adstringentemque saporem,
 oticas consocias omnes in sistendis spu-
 sanguinis, haemorrhagiis per nares &
 s, ab interna praesertim vlcerosa dis-
 itione venientibus, si modo debita
 one adhibeatur, exsuperat: quando-
 dem nullus vernaculus morbus est, cui
 mater-

materna tellus non pariat aptum remedium. Parili sane modo Deus summus, optimus sicuti nobis loco penarii & Pharmacopolii, regiones istas clementissimae concessit & simul ditavit, varii generis fructibus, plantis, musto, oleo, &c. ex abundanti ornauit; ita quodcunque clima vernaculis medicamentis efficacissimis benedixit: quemadmodum scripta authentica & tam bene fundata, quam infallibilis experientia ipso facto confirmat, vernaculas nostrosque adsuetae climati herbarum succos terrestres (*Erdsäffte*) & sic alia longe maiores, quam quidem exotica medicamenta pretiosa praestare effectum. Quid? quod exotice seminibus & medicamentis tutius atque magis fidere licebit, si quando in nostri climatis obtinente agrorum aerisque temperie procreata illiquiprius, quam adhibeantur, adsueta fuerint, experientia teste; ubi contra qui soli exotice fidunt, saepius corpora causaria morbida & valetudinaria inter illos, quod domesticis uti solent, corporaque robusta atque vegeta habent, circumferunt. variant enim regiones, variant incolae, variant potulenta & esculenta.

PARS III.

e vera Terrae Sigillatae Labacensis praeparatione & inde rite compositis medicamentis.

Osteaquam, commonstrata ratione, ista omnino probata terra sigillata bacensis post destillationem, praecipationem, & porro alium, huic non abilem, laborem Chymicum, ne minimum vitriolati, nitrosi, aluminosi salis azarth, sed tantum bolarem terram requirit solam, & consequenter ab aditis & irretitis spiritibus volatilibus vires suas penetrantes, igne mediante, modum fumi non solum evolantes, & cum tempore auolantes, habet accidit; necesse est, ut debita cura, le- absque adsumptorum istorum spiritum iactura tractetur, & non ultra dum, sed pluviali aqua, tempore tonili, vel rore Maiali ob Sal centrale, Et in aere est, vel decocto quodam cordio, Angelica, Bistorda, (Natter-

Wurtzel) viperina tantum leniter a
luatur, & ad pulpam redigatur, qu
dein, non vero ad solis radios, sed salti
ad aërem, qui neutiquam sterile & effe
tum corpus est, exsiccetur sicque quoa
vires ex Astris adaugeatur. Ex terra it
cum aqua pluuiali, vel etiam decocto
lexipharmaco per Reto. spiritus, aut potius
Phlegma, leniter elicitur & postea cap
ti mortuo rectificatus vini spiritus adfun
ditur, denuo transfunditur, (*abgezogen*
sicque à sale volatili fixum illud corripitur
& cohibetur; porro ex capite mortuo si
aliquod ex terra Sigilla, Spiritu Vitrioli
vel Nitri vel salis, singularis liquor
tinctura cordialis paratur, quae in mor
bis Epidemiis cum Diarrhoea, s. Dys
senteria coniunctis, egregios effectus praes
tat, atque illud vilissimum Magisterium
longe superat. Ut vero Terra Sigilla
ta omni se tentamine probet, inque
ipsa egregias monstret virtutes, nec mi
nus in malignis atque suspectis morbis ve
rum existat antidotum; nihilominus o
symptomata sibi invicem repugnantia
(*um der Neben wieder einander lauf
senden Kranckheiten willen,*) quae etiam
expe

perientissimis Medicis imponunt sub-
le & fallunt, necesse est, vt hi sibi inge-
a medicamenta composita omni com-
rent studio, seque, necessitate vrgente,
ntra occurrentes mutationes praemu-
nt. Et inter ista composita, est clyssus
rae figillatae, qui non raro laudabiles
hibet effectus, veluti est illa ante annos
quot inuenta percelebrata tinctura Be-
ardica, quae cum Spiritu Vini prae-
rata, in nimia ebullitione sanguinis,
cum tartari spiritu, in malignitatibus
dest. Debet itaque non absque omni
crimine adhiberi; vel etiam alia, exin-
composita, prostant medicamenta, quo-
nonnulla iamiam vel ideo nominare
t, quia natura, vnicâ medicinâ, cui
n tempore assuescit, vinciri haud pa-
r. sic

Rec. Unicorn. mineral.

Srae figill. Laubac.

Cornu ceru. siue Balsam.

Calcin.

Pulueris è chelis an. ʒß.

Antimonii Diaphor. an. ʒii.

um decocto alexiphormaco viperino
t globuli.

S.

Globuli Bezoardici.

Rec.

Vnicorn. mineral.

C. C. Solaris.

Lapid. Bezoard. Orient.

Alcool Margaritarum Orientalium.

Antimon. Diaphoretici. ʒl.

Terrae Sigill. Laubacensis.

Confect. alkerm. compl.

de hiacyntho an. ʒss

Cum gelatina Viperarum Italicarum
fiant globuli.

S.

Bezoardici globuli confortantes, quibus
& praeservationi & curationi inserviunt.

Rec. Pulu. è chelis Pannon.

Terrae sigill. an. ʒl.

Confect. Alkerm. compl.

Theriaca And. an ʒss.

Misc.

Cum Syrupo acetositis citri & contrai-
ieruae composito.

S.

Commixta Theriaca in epidemiis
translatibus morbis, *mane eine Messen*
Spitz

etze voll, & in curatione 2. Quint. in
 iloftragmate Diaphoretico adhibenda.

Rec. Olis margaritarum.

Corall. rubro. an. ʒii.

Theriaca incitratae ʒii.

Conf. scordii,

Calendulae,

Flor. bugloss. an. ʒi.

Extr. Contraier. torment. an. ʒj.

Terrae figill. Laubacensis ʒi.

Oss. de corde ceru.

Flor. ʒris an ʒii.

olei destillat. Citri

Camphorae,

macis an. gr. Vii. M.

S.

Bezoardica Mixtura confortans.

Rec. Spir. terrae figill. ʒi ʒ.

Tincturae Bezoard. Vitriola-
 tae ʒiii.

Electuarii alkermes compl.

de hiacynth. an. ʒi ʒ. Misc.

Digere triduum, & tandem ex vitreo
 ano aequali ignis gradu destilla. S. Be-
 zardicus terrae figillatae Spiritus ad 1.
 nt cum aqua sudorifera post 8. horas
 ebribus ardentibus adhibendus.

PARS IV.

De Terra Sigillatae usu rationali in singulis supra dictis morbis.

Quia in peste, tenebras perambulante, petechialibus, aliisque ardentibus ac malignis febribus nulla peculiaris prostant remedia, & ideo, ut analcige loquar, ad arsenicale, auripigmentale & antimoniale venenum recurrendum, oportet insimul cum antea adductis ex terra sigillata compositis, clystero, spiritu, globulis diaphoreticis & adhuc pluribus sine mora, instante periculo fideles aegrotis manus praebere, ipsisque post. 8. semper horas in viribus oppressis, non vero languidis, ejusmodi liberatim porrigi medicamenta, utut etiam aegrotantes sudore manare (*hefftig schwitzen*) appareant: nihilominus ut continuetur, istaque malignitate adorta natura, intellige robusta, stimulis quasi excitetur, medicamenta efficacia in majori quantitate propinentur, sicque maloefficacia-

facilius resistatur oportet. Cum enim
 anno 1486. in Anglia febris ardens sudo-
 ra (*das Schwitzfieber*) admodum, tem-
 re praesertim autumnali, grassaretur,
 vix centesimus inde valesceret, mox
 Flandriam, Brabantiam, Frisiam, Daniam,
 Norwegiam, perambulavit, tunc paucis-
 si ex morbo isto surrexerunt, qui Ori-
 entale Bezoar in exigua dosi sumebant:
 intra plures evaserunt sani, qui dictum
 Bezoar. ad 40. imo 60. gran. convenien-
 ter hauriebant vehiculis. In naturis
 mollioribus viribusque facile reso-
 lilibus, infantibus, qui facile ex hauri-
 untur; senibus, in quibus Balsamum na-
 turale deficit, adducta sudorifera medi-
 camenta cum discretionis debita adhibe-
 nisque perpetuo confortantia & restau-
 rantia admisceri, magisque convenientia
 sudorifera secundum tempora, initium, au-
 gmentum, vigorem & declinationem
 sumi condecet. Siquidem alia me-
 dicamenta in morborum initio eligenda
 sunt, alia in augmento, alia in declina-
 tione: quandoquidem nonnulla pauli-
 ter contrahunt, ut terra sigillata, hia-
 cinthus, species, *roth Gist - Pulver*;

alia penetrant, ceu Bezoar, acetum; al-
 focillantem habent proprietatem vti P-
 rafitis, (*Pestilentz-Wurtzel*) angelica
 & similia, quae tantum in declinatione
 permittuntur. In quibus omnibus &
 sibi & aliis male consulunt, qui Acade-
 mica scientia destituti, sic misere in prae-
 paratione medica & applicatione ver-
 santur, vel falsis medicamentis nocent
 etiam sine discrimine salia volatilia non
 minus temerarie applicant, quam certe
 certius est, haec talia in fluida sanguinis
 compage nimios calores, salibus causticis
 errores imo in augmento & statu exitia-
 lem ac tristem habent exitum: sic atro-
 cissimum facinus, temerare corpus hu-
 manum, perpetuae animae demicilium.
 Est itaque ante omnia in dictis, grassanti-
 bus morbis pestilentialibus, in fontem eo-
 rum ac causam inquirendum, probeque
 distinguendum. Etenim Endemii mor-
 bi ex malis humoribus, è terra surgenti-
 bus, proueniunt; Epidemii ex inordina-
 tis aeris mutationibus, Sporatici, ex putri
 apparatu proprio, diu collecto, inua-
 dunt & defaeciunt: hinc omnino quam
 maxima vrget necessitas, vt diuersae in-
 stitu-

tuantur curationes. Prae omnibus
ero debita obseruantia in sporaticis mor-
s cacochymiam, causam respicere, &
um humorum apparatus in prima for-
n corporis regione existentem, ex-
ellere lenioribus emeticis (*mit einer
linden Spey - Artzney*) vbi vomendi
siderium adest; aut, si de intestinis cer-
or quis est, per proximiorē viam emit-
re oportet: contra autem, quotiescun-
ue humores pravi per corpus & sangui-
m dispersi observantur, necesse est, vt
i sufficientibus eoque maxime respici-
tibus, purganti. eiiciantur; quod si
ro contumaces, aut nimis putridi sen-
ntur humores, tunc aqua mea Gentia-
e, itemque mea Essentia catholica
porrigi, & ulteriori putredo abarecri
test: in reliquis vero epidemiis &
orbis chronicis malignis, haec sub-
ipta tinctura applicasse iuuabit:

℞. Extract. l. a. Croci, rutae
elenii an. ℥ss.

Diascord. ℥j.

elect. de ouo ℥ss.

spec. diamb. ℥ij.

Spiritus terrae Sigillatae

Corn. ceru. an. ℥iij.
mixt. simplic. ℥iij.
extrahetur tinctura

S.

tinctura.

In morbillis & variolis omnes dogmatici Medici quoad hancce percelebrem terram, praesertim in nimio fervore & humorum tenuitate, nimirum nimiae sanguinis acrioris & subtilioris ebullitionis, consentiunt, quod illa non in exigua dosi, & quidem in iusculo lenticulato (*Linzen - Brühe*) porrigi debeat & repeti; nec heic cum praecipitantibus, Corallis, cancerorum oculis praefestinare liceat, priusquam vernaculis remediis (*eigenthümliche Mittel*, vbi tamen saepius committuntur errores) instituta sit expulsio. Praeterea ista expellentia media sequentes terrae sigillatae species renouentur crebrius & quocunque triduo, inque ordinario potu suspensae adhibeantur.

℞. Rad. scorz.

acetosae an. ℥j.

rasur. C. cerui

alcis an. ℥ij.

Flor.

Flor. aquilegiae

Trinitatis an. m. j.

Terrae sigill. Laubac. ℥j.

incide S.

Terrae sigillatae species.

In Epilepticis & spasmodicis sympto-
matibus, (variolarum & morbillorum non
pro prodromis), itemque in magna san-
guinis ebullitione ex probata hac terra,
cum spectata venae sectione praemissa,
non minus egregium peti potest solamen;
quare & illa à ℥ss ad ℥j cum aqua florum
primulae veris, fumariae & similium
pius adhibenda & appropriatae terrae
sigillatae species in potu ordinario infun-
dendae sunt; ex radice primulae veris
laminis, taroxaci, visc. quern. coryl. flor.
ae, aquilegiae, terr. sigillat. &c.

Serinas destillationes seu catarrhos,
quibus per fauces labor & ulcerosa dis-
tinctio pulmonum, quid? quod ipsa
tripneumonia expectanda venit, isthaec
terra cum hordei decocti cremore aut iu-
barum succo instillata, solet incrassare.
Tidias vero destillationes terra haec sum-
ma cum oculis cancri, matre perlarum
efficaciter edulcorat, & sic quoque
con-

contra omnem haemoptoicam passionem, narium, vrinae, nec minus haemorrhoides cum essentia millefolii & traumatica sumpta, sistit, vt & grumescentiam & coagulationem sanguinis adhibita cum sequenti tinctura,

℞. Rad. tormentill.

rubiae tinctorum aa. ℥j.

flor. bellid. minor.

hyperic. aa. ℥ij.

aceti q. s. extrahe tincturam
addatur

Spiritus terrae sigillat. ℥ij.

Syrupi cerefolii ℥j.

in tempore dissoluit & consequenter apostemata & abscessus praecauet, etiam in orgasmo sanguinis acrioris & feruidioris, praemissa in statu plethorico, vbi opus est, venae sectione in brachio euacuandi, in pedum vno refellendi fine, sic prodest.

In languore, lipothymia, modo non ex humorum crudorum copia, aut flatibus hystericis proueniant, imo quoque in melancholia, angustis praecordialibus, ex obstructionibus lienis saepe oriundis, terra isthaec singulare remedium praebet,

ut, sumpta cum aqua è tiphis ceruorum
ut sequenti, quotiesque opus est,

℞. Aq. cordial. temp. sax. ℥iij.

Tinct. hyperici compos. ℥j.

Spirit. terrae sigill. ℥ij.

Man. chr. perlat. q. s.

In dysenteriiis, praeponderata prius il-
lum causa & origine, si malignae sint,
tunc absque purgatione praemissa ad ter-
m hanc, & praesertim ad sequentes spe-
cies recurrendum:

℞. Terrae sigill. ℥ij.

Corn. cerui solar.

spec. de hiacynth. an. ℥j.

Si vero putres, acuti & arrodentes hu-
mores, praesentis mali autores exi-
unt, tunc cum aliquo commodiori
nabarbarino praecaute ordiendum est,
luctis hisce sine exagitatione humoribus,
cox pededentim adstringentia ad manus
menda; qui humores alias incaute sup-
pressi & retenti apostemata, arthriticos
dolores, quin & gangrenam & varia in-
artibus nobilior. luctuosa dramata lu-
ere possunt. Quem in finem maiori
cum praecautione & promotione eius-
modi species pro potu ordinario per in-
tegrum

tegrum curationis tempus, cum modera-
mine continuandae vel aqua bene cha-
lybeata, quae habet vim attenuandi de-
tergendi, tam ex splene, quam ex veni-
mesaraicis humores adustos; vi adstrin-
gentia ventriculum roborandi; altera-
trix in hypochondriis ex obstructione
introducendam emendandi. Species in po-
tu sunt sequens. corn. ceru. Corn. ceru-
vstum, lignum Santal. rubr. Brasiliense
rad. filipendulae, plantag. sanguisorb. bi-
stort. flor. granal. Galeops. lysimachia
bacc. Myrt. exsiccat. Terra figillata Lau-
bac. Hisce interne cum debita praecautione
adhibitis, externa remedia succurre-
re debent, nec minus cataplasmata ex
Terra figillata rob. sambucci, theriaca
unguento lunariae, ol. myrtillor. masti-
chino, vel Empl. diaphoenic. adplicata
iuvant.

In morbis à fascino & Philtris &c. pa-
rili ratione ex ista omni laude dignissima
terra multum solaminis leuaminisque ex-
spectandum est, quando scilicet in illis
cum herbis saturninis siue essentia hype-
rici, essentia baccarum paradisi, siue de-
cocto pyrolae myns. &c. porrigitur, & in-
super

per loca dolorifica cum vnguento Car-
theri, vel etiam balsamo hyperici Ra-
nsteinii illiniuntur; in hisce autem cum
sturtio aquatico, & aqua castitatis ad-
betur.

Denique externum Terrae sigillatae,
um quod attinet, prodest omnino illa
quibusuis inflammationibus, erysipe-
e, exanthematibus cutis & pruritu
. exsiccat etiam sordida fluentia longo
mpore vlcera admodum; vbi isthaec
era verbi gratia cum Terra Sigillata, se-
enti modo praeparata, lauantur, lin-
lis probe tinctis superimpositis; quo
um modo in oculos, inflammatione
ippitudine laborantes, instillatur.

Rec. Vitrioli albi ℥i.

Salis Armoniaci ℥ii.

Terrae Sigillatae ℥iiss.

Cretae albae ℥i.

undatur in aq. communis mensuris dua-
, in vase bene munito, agitetur & ad-
ur camphorae uncia una vel in se-
ntem modum,

Rec. Lithargyrii Solaris ℥iiss.

Olibani ℥ii.

Acet. tbi ℥ix.

Aqua

Aqua plantag. ℥vii.

Perficariae ℥ß.

Coq. ad tertiae partis consumpt. Colat.

adde Onis

Cerussae

Terrae sigillatae

Sulphuris aa. ℥iß.

Mumiae transmarinae ℥i.

Olei tartari per deliquium ℥iß.
iterum coque & cola.

Praecipue si commoda emplastra,
(quorum unicum modo nominare libet)
heic in subsidium vocantur, & sic prius
balsamia sanguinis faldedo & viscera per a-
toniam turbata, ad conuenientem & me-
liorem statum redacta fuerunt:

Rec. Ol. olivarum ℥xii.

Terebint. ℥vi.

Cerae ℥iiii.

Cerussae lithargyrii aa ℥ii.

Terrae sigillat. ℥i.

Virid. aeris.

Camphorae.

Olei petrae aa ℥ß.

fiat

Emplastrum.

PARS V.

De virtute & effectu nuperrime effossi & instaurati terrae sigillatae fontes.

Non solum celebratae isti, sic breui
ac simplici ratione descriptae, Terrae
medicae, sed etiam aquis inde proma-
nantibus, fontibusque prope Laubacum
caturientibus, similes omnino, vtut non
eque magnae virtutes & operationes ad-
scribi possunt; & ante omnia gratiosa men-
tagnosci debent, quod etiam communes
quae mirandae existant Dei operae, qui-
us remotis, nulla creatura consistere, vi-
dere ac comoveri queat. Siquidem aquae
non solum quotidiano vsui inseruiunt,
sed etiam in nimio aestu sitim & languo-
rem extinguunt, itemque in ardentibus
bibribus, cum moderamine haustae, refo-
llant, & calori praeter naturali resistunt,
quousque nulla in visceribus, & vasis me-
traicis obstructio, nec ipsum genus ner-
osum debile est: nam alias in eiusmodi
obstructionibus retentiones aquae, largius
haustae, tumores aliaeque difficiliores,
pra morte expiandae subsequuntur me-
ntiae. Porro solent eiusmodi commu-
es aquae, ut opera omnium creatura-
um Domini, ex singulari decreto obcer-

tas nobisque occultas causas, tam efficaces reddi, ut illae, non tamen sine omnino omnibus discrimine, saluberrimas virtutes & operationes, modo ad salutarem finem adhibeantur, suppeditent. Velut tale exemplum II. Regum caput V. monstrat, ubi nempe simplicissima Jordani aqua, illius Naëmanni lepram, id quod nec ante illum, nec post ullibi factum, legimus, sanavit; & similiter Carolus V. Imperator Heilbrunnae quondam à simplicium aquarum illarum usu sanus recessit, quem admodum in lapide Teutonicae ibidem domus legitur. Breuiter: Deus quibus bene vult, illis omnia, etiam minima, debent esse salutaria, è contrario quod ob peccata quamcunque dehiscentia benedictionem, odit, illis & vel saluberrima medicamina debent esse nocifera. Secundo etiam ex naturalibus causis accedunt mirabiles quibusdam fontibus virtutes, & quidem ob mineralia & metalla in primis adhuc existentia generatione, quae permanere solent scaturiginum aquae. Tertio à nonnullis satis clare probatur, quod aquae medicae è vero sale centrali (anima terrae, ut vocatur, sale Hermetico, inaequaliter tantummodo salis culinariae bonitate

em superante), vtilitates suas ac virtutes, quasi è terrarum abyſſo, deducant, quae dein' in agris nigricantibus, atris pinguioribus & pratis abundantius infusae ac retentae, quiescunt; quo insuper fit, vt eiusmodi agri maiorem fertilitatem habeant, quam quidem alii, in quibus centralia ista salia vel deficiunt, vel etiam certo modo extracta, obseruantur. Quae a veritate haud alienae sententiae, nec minus probabiles, nullo modo negantur, sed potius infallibilibus confirmari possunt argumentis : ita quoque constat Laubacensem Gratosissimæ Domini, Domini Caroli Ottonis, Comitis Solmensis, Domini in Münzenberg, Wildenfels & Sonnenwald &c. Comitis ac Domini mei Gratosissimæ, indultu gratioso repertum, claris aquis scatentem, fonticulum, qui ab immemorabilibus inde annis desolatus, inque vili & exili pretio habitus, locuit, eiusmodi habere vias ac vires; vt permanendo terras sigillatas, quae per integrum istum montem in maxima copia glebatim dispersae iacent : earum etiam proprietates ac virtutes secum abhat, sibi que adpropriet; sicque his mediantibus virtutibus penetrabilibus

ad conseruandam sanitatem magis faciat atque proſit, quam aliae aquae, quae nihil de iſtiusmodi virtutibus participant. Nec minus exinde cocta, vel per ebullitionem in vinorum doliis deprauata cereuiſia, vbi non, vt aquae ipſae, in conuenienti tempore, nimia abundantia, nec in aeſtu nimia hauriatur ſubito, ſed ad neceſſitatem imbibatur, virtutes iſtas habebit, vt tartareas ſcorias eiiciat, coagulationes ac concretiones calculorum impediāt, morbos contagioſos febresque ardentēs maiori ſecutitate arceat. Multa & magnifica, quae fecit ſapientiſſima omnia: impleta terra bonis tuis, imo miranda opera Naturae in terrae viſceribus, ſpecioſiſſime ludentis!

Nonnulla emendanda.

PAg. 7. linea 10. antiquarum p. 10. l. 12. inter necionem p. 37. l. 15. craſſiorum p. 56. l. 10. mram exhibent p. 58. l. 19. reperitur p. 89. l. 13. conrexi p. 95. l. 12. cæmentitiis. p. 109. l. 12. craſſitier de p. 111. ſeqq. *vid. praefat.* p. 112. l. 15. *deſt ſom* p. 126. l. 17. 26. formam p. 156. l. 12. impetuoſo motu l. 22. *deſt*: augerent: 165. l. 15. cortices. p. 170. l. 19. *deſt* agant p. 172. CONNOR p. 190. l. 8. poſitae ſint. p. 203. l. 13. *deſt*: fontes. p. 234. ἀναδυνάμεις p. 244. l. 4. ſuperest. p. 270. l. 8. conſpergerentur l. 12. graveolentus. Reliqui ipſe B. L. emendabit.

FINIS.



Fig. 1.



Fig. II.



Fig. IX.



Fig. V.



Fig. VII.




Fig. XIII.



Fig. XIV.






TABVLA II HYDROGRAPHICA
 QVOAD PARTEM COMITATVS LAUBACENSIS ET RELIQUA LOCA
 DE QUIBVS INPRÆSENTI TRACTATIONE SERMO EST,
 CURATIUS DELINEATA.

SEPTENTRIO





TAB. III







